

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Ioannis Ionstoni|| Theatrvm|| Vniversale|| De Avibvs

Jonston, Jan

Heilbrunna, MDCCLVI.

VD18 90528921

Titvlvs I. De Auibus Graniuoirs non Canoris.

urn:nbn:de:gbv:45:1-11068

ribus, quae ex dorso prope podicem oriuntur, pennae in rotam extensis, minores quaedam eaeque fuscae non rigent, sed, ut in reliquis auibus extensae conspiciuntur, datas, ut longiores sustinerent, crederes. Oculi τὸ πῆμα quatuor circulis, aureo, castaneo, uiridi et sapphirino constant et uarios ad solem obuersae colores iaciunt. In foemina pauca colorum conspiciuntur uarietas. Alae totae, dorsum, uenter, coxae ac pedes coloris sunt fusci ad cinereum uergentis. Capitis uertex et apex eiusdem coloris, in uertice tamen aliquot maculae exiguae, ueluti puncta uirescentia interferuntur etc.

Quantum ad locum, in Asia fuisse inuestitios in Theophrastus auctor est, transmarinos in Varro. Babylonia o multos pulchriore, quam alibi uarietate aluit. Media gulosis p celebratos. Ex Asia in Graeciam t primum, Samum imprimis, unde Samii tanquam praestantiores q commendantur, post in Italiam et alias oras delati sunt. Athenis in pretio fuisse superius dictum. Romae tempore Athenaei plures fuere, quam coturnices. In Suetia, quoque Ostrogothia et apud Normannos in agro Lexouienfi aluntur. Amant edita loca, pascuntur tamen cum gallinis et gallinarum sub uesperam simul repetunt.

Summa ipsis coeundi cupiditas. Masculus s quinque foeminas desiderat et, ni adfit alia, incubantem inuadit ac oua frangit. Agnoscitur inruisse libido, t quoties circa se amictum caudae gemmantis incuruat et singularum pennarum capita occulta locis suis exerit cum stridore procurrens. Accenditur eadem, si leuiter tostam fabam tepidamque ieiunis quinto quoque die exhibeas, Coeunt ab Idibus Februarii u ad Martium, uere praesertim, locis fere apricis, cum fauonii spirare coeperunt. Partus a trimatu obuenerit, cum uarii colores funduntur, breui a coitu agitur tempore. Ter is anno a foeminis, quae non incubant, editur: at, quae fouent oua, totum tempus

foecunditatis aut excludendis aut etiam educandis pullis consumunt, ita ut uere semel in anno parere y Aristoteles dixerit. De numero ouorum non consentiunt auctores. Aristoteles octona in primiparis numerat, duodecim aut paulo pauciora in aliis nec ista continuatis, sed binis ternisue interpositis diebus ponuntur. Alii primo anno unum et alterum, sequenti quaterna quinaue, caeteris duodena edere uolunt nec hic numerus rranscenditur. Quater z pariunt, earum primus partus quinque ouorum est, quatuor secundus, trium aut duorum tertius. In Temistana uiginti imo triginta aliquando enituntur. Concipiunt tamen et a sine coitu et oua zephyria seu ὑπὸ ζephyρία gallinarum more, non b plura tamen duobus ponunt. Ut commodius excludantur gallinis, sed non Rhodiis supponi possunt, recentiora, luna nonaria existente, hoc est, c nouem a primo lunae incremento diebus. Commodius inquam. Nam et mas seu libidine turgens seu incubandi flagrans desiderio illa interdum frangere solet, ideo a foemina celantur et, quia foemina non continue duorum dierum interuallo incubat, refrigerata infoecunda euadunt.

Aetas ipsis e uiginti annorum tribuitur. Indicus f centum memoratur uixisse. Volatu parum ualent, seu, quod uropygium flecti ineptum obtineant seu, quod longitudine caudae et corporis grauitate premantur.

Vocem si attendas, Philomelae auctor eas pupillare dixit, Varro a uoce sua dictos tradit.

Si ingenium incesum suum ita componit, ne maculetur, pullus adhuc, si madescit (sive Alberti refero) moritur. Laudatus i gemmantem expandit colores, aduerso maxime sole, quia sic fulgentius radiant, simul umbrae quosdam repercussum caeteris, qui in opaco clarius micant, conchata quaerit cauda omnesque in aceruam contrahit pennarum, quos spectari gaudet, oculos. Si tacitus k spectes, recondit suas opes.

Locus.
m Plin. II.
N. l. 10.
n Varro de
rer. rust. l. 3.
c. 6.
o Diod.
Sicul. l. 2.
c. 53.
Rhodig.
Antiq.
lect. l. 1.
c. 10.
p Clemens
Alexand.
in Paedagog.
Ael. l. 5.
de Animag.
c. 21.
q Gellius l.
7. Noct.
r Athen.
Dipn. l. 14.
Generatio.
s Columella.
l. 8. de re
rustica
c. 11.
t Pallad. l.
1. de re
rustic. c. 28.
u Columella
et Pallad.
l. c.
x Aelian.
l. 5. c. 32.
Columella
l. 5. c. 32.

y H. Al.
c. 11.
z Columella
l. 1. c.
a Aelian.
l. 5. c. 32.
b Arbernaeus
Diop.
c Columella.
d Aelian.
de Animag.
l. 5. c. 32.
e Aristot.
A. l. 6. c. 69.
f Aelian.
de Animag.
l. 11. c. 33.
g Vox.
h Ingenium.
i Plin. II.
N. l. 10. c. 20.
k Ouid. l.
2. de arte
amandi.

Gallopauo . Mas . Cum . Oriyza .
Welscher han

Tab. XXIV.



Gallina . India . Cum .
Otio Eius



Phasianus

Gallina Africana



Phasianen

Phasianus





Delian
11. H.
c. 11.

Morbi

m Plin.
N. l. 10
c. 20.

Præfa
gium.

n Miz.
in Ege
text. 1.
c. 43.

Vfus.

a Cap.
Nauig
b In
brica
Muna
tom. 3
cit. Al
dron.
Aldro
Ornit
13. c.

opes. Refrigerationis indigus, passis pennis et in anteriorem reflexis corpus suum operit, ingruente a tergo uento, alas pandit et suaues auras excipit. Lini radicem naturale fascini amuletum sub altera alarum retrorsum gestat. Qui eos uenenum detegere, defossum eruerē referunt, fidem suam exsoluant.

Duplici inprimis morbo adficiuntur, doloribus, nempe dentientium infantum similibus, cum crista pro duci incipit et pennarum defluuio, de qua m Plinius. Idem cauda annuis uicibus amissa cum foliis arborum, donec renascatur iterum cum flore, pudibundus ac moerens quaerit latebram.

De ui praefagiendi hoc dixisse sufficiat, cum plus solito clamitant, noctu inprimis pluuiam n imminere. Vocis enim illius obstreperae congeminatione, uegetum et acutum intus cum calore uocalem spiritum per arteriam uaporoso aere imbutum erumperetatur. Quod uero extra tempus cantillantem Paracelsus mortem alicuius ea in domo praefagire tradit, fabula est.

Usum et in medicina et in cibis aliquem praestat. Nam ius pau-

nis pingue pleuritidem sanat, linguarum usus ab epilepsia praeseruat. Oua uista et in aceto trita impetigines emendant, fumus e pennis exceptus rubescens oculos propter signaturam curat. Fimus podagrae feruorem mitigat. Caro propter siccitatem et frigiditatem dura et concocta difficilis audit. Et iam mortui post annum nec olet nec putrescit, uisa q post quadriennium cariem foeniculi odore saporis amari et falsi contraxisse. Primus eos r Aufidius Lurco circa nouissimum bellum piraticum faginare instituit et ex eo quaestu reditus seu festertium seu minorum sexaginta millia habuit. Hortensius orator primus edita li coena cibi causa occidit et ideo in ius uocatus est. Cerebella Vitellius in t famosa illa patina, quae Mineruae clypeus cum aliis prodigiis cibis adposuit. Quae uel de u uirgine a pauone in Leucadia adamata uel de pauone x Indico Ioui consecrato, quem sacrilegi suffurari non potuerunt, dicuntur, inter historica recenferi debent.

ARTICVLVS II.

De Pauone Albo, Pauonibus Iaponensibus et Gallopauone.

Pauones ALBI septentrioni peculiaris esse credebantur et in calidioribus regionibus eosdem nasci successu temporis compertum est. Vidit Aloysius a Cadamustus in Maaderis, Iohannes b Laurentius Ananias in parua insula plures, Scaliger in Gallia binos, Gaudentius Merula Mediolani plures, Aldrouandus unum Bononiae natum. Cum ex Noruegia Coloniam adueherentur, numero per feminium aucto, cum penitus in frigidiora loca commearent et matres in ipso uere ouis incubantes niuosa loca perpetuo ob oculos haberent, uulgatiores facti sunt. Tales et in calidioribus regionibus nascuntur, si caueas, in quibus incubant et excludunt oua,

ex parte albis nelaminibus obtendas. PAVONVM IAPONENSIVM maris et foemellae descriptionem Marchioni Facchineto, qui eam a Iulio IX Pontifice accepit, Aldrouandus debet. Mas nullam cum nostrate praeterquam in cauda et pedibus similitudinem gerebat. Rostrum erat, ut in nostrate cineritium, sed longius et subtilius. Vertex capitis, qui planus erat et collum superius uirescebant et maculis caeruleis ceu punctis, quae pariter in medio exiguas lineas albas deorsum descendentes habebant, respergebantur. Apex in capite quatuor ferme digitos longus partim uiridis, partim caeruleus,

figura

Adrian. l. 11. H. A. c. 11. Morbi. Plin. H. N. l. 10. c. 20. Praefagiunt. n. Miz. al. d. in Ephem. text. 1. c. 43. Vfus. a Cap. de Navigat. b In fabrica Mundi tom. 3. cit. Aldrou. Ornith. l. 13. c. 2.

o Porta Phytogn. l. 3. c. 29. p August. de Cimit. Dec. l. 21. c. 2. q Aldrou. Ornithol. l. 13. c. 1. t Plin. H. N. l. 10. c. 20. s de Animal. c. 21. t Sueton. in Vitellio. u Athen. l. 13. x Aelian. l. 11. de Animal. 6. 33.

figura filiginis spicae non omnino disformis. *Oculorum* pupilla nigra, iris lutea, hanc ruber circulus ambiebat. *Pectus* et dorsum, uelut ex squamis, sed colore uariantibus constabant. *Pectoris* enim squamae, si ita uocare licet, ex caeruleo et uiridi tantum tingebantur. *Alarum* principium eiusdem cum dorso erat coloris, sed squamae illae uirides haud ita adparebant, caeruleae uero maiores erant et lucidiores. *Pennarum* secundi ordinis primae eiusdem erant cum superioribus coloris, reliquae in medio uirides, ubi lineis nigris transuersalibus notantur, post subluteae similiter nigris lineis notatae, in extremitatibus denique nigrae. *Venter*, coxae et denique pedes colore leucophaeo et maculis nigris insigniuntur, quarum, quae in uentre sunt, lineas albas habent. *Cauda* pennis, quam in nostrate, rarioribus, colore magis fusco ad castaneum uergente, calamo candidissimo. *Oculi* caudae multo, quam in nostrate, maiores, primum aurei, dein caerulei, postremo uirides, ut in nostrate. *Foemina* mare quidem minor est, sed capite toto, collo, dorso, pectore et alis simillima. Illud uero in hac admirandum est, supra uropygium, nempe ad dorsi finem, quid ueluti caudam habere eamque oculatam, ut in mare, sed oculi licet, quam in illo, sint minores, sunt tamen pro pennarum portione magni. Habebat itidem caudam, uiridem pennis in ambitu caeruleis et calamis albis. Postremo in eo etiam a mare differebat, quod uentrem haberet prorsus nigrum.

GALLOPAVO, aliis gallus Indicus, peregrinus et Calecutensis dicitur et idem esse cum meleagride, cuius synonyma sunt *c* gallina Africana, Numidica, Afra auis, Numidica guttata et alba Lybica uidetur, si uera est illa descriptio, quam ex Clyto Milesio Athenaeus adfert. Verba eius sunt: *circa templum uirginis, Mineruae nempe in Leuo* (sic legendum, *e* non Olero. Insula est maris Icarii Sporadum

una) *meleagrides aues sunt. Locus, ubi aluntur, est in Leuo, non paludosus, (ut quidam uertunt, meleagrides enim Aristoteles ab auibus paludicolis distinguit et Hesychius narouidijs opreis uocat), sed arboribus confitus. Animal illud non ita prolem amat et iuniores pullos adeo negligit, ut sacerdotibus illos curare necessum sit. Auis magnitudo, ut gallinae generosae est, capite ampliore, quam pro modo reliqui corporis, glabro ac super ipso crista carnosae, dura, rotunda, quae clauis modo super caput extuberat, colore ligneo. (Sic lege *χρῆμα e, non σωμα.* Lignei coloris facit et Theophrastus mentionem, forte est subflauus.) Ad malas iacet instar barbae longa caro incipiens ex ore, rubentior, quam in gallinis, at eam, quae rostro gallinarum insidet et, quam barbam nonnulli uocant, minime habet, tanquam ea parte sit mutila: rostrum acutius et grandius, quam gallinae. Ceruix nigra, crassior et breuior, quam gallinae. Corpus totum uarium. Nigrescit enim totum crebris maculis albis notatum ac punctatum, lenticula maioribus, quae rhomborum figura paruis nigrisque circulis ambiuntur et pennarum illam uarietatem efficiunt, quia niger color adspargitur candido et uicissim candidus nigro. Alarum pennae linearum ductibus candidis serratisque distinguuntur in spicas protractis, interuallo pari direntis. Nullum calcar in cruribus, quae gallinaceis similia sunt. Maribus adeo foeminae similes, ut uix meleagridum sexus discernatur. Similitudinem in colore et mole corporis intellige. Eo enim, ueluti clauo ligneo carent. Quem Aldrouandus ex Gyllo describit, ex nouo orbe adlatus erat, eadem, qua pauo, proceritae. Collum ei simul cum capite a plumis omnino nudum, tantum purpurascens pelle obducebatur et tam erat crassum, ut pellem, quae antea laxa et uacua, cum uocem emittebat, spectabatur, sic inflaret, ut ad brachii crassitudinem accederet.*



Phasianus
indus



Phasianus
torquatus

Phasianus
torquatus



Phasianus
torquatus



Phasianus
torquatus

ale-
amp.
locand.
l. l. r. c.
de
rimali.
Safau-
u. et
ale-
amp.
l. c.
Tiffor.
aut. l. r.
3.

Vrogallus minor.
Aurhan.



Vrogallus seu Tetrao.
alius.



Vrogallus minor.



Grygallus maior.
Spillhan Gurgelhan.



Callina Corysorum.
Hafelhün. Rab hün.



Locus.
Pline.
g. Alber
14.
Diodo
3. Bibli
c. 12.
i. Strabo
16. Geo
k in Pe
plo orbi
Plin. l.
H. N.
44.
m. Colo
mella l.
deveru
6. 2.

ret. Cum quis ad gallinam accederet, totis inhorrescebat plumis et gradu superbo exterrere accedentes conabatur.

Locus.
Victus.
 g Athen. l. 14.
 h Diodor. l. 3. Biblioth. c. 12.
 i Strabo. l. 16. Geogr.
 k in Peri-
 plo orbis.
 l Plin. l. 16. H. N. c. 44.
 m Columella l. 8. de re rust. c. 2.

Quantum ad locum, Boeotii foli indigenae meleagrides esse uidentur. Aetoliae peculiare Menodotus g fanius facit et inde in alias partes translata credit. Diodorus h ultimam Syriae partem, Strabo i Arabiam ipsis tribuit. Certum, nostras calidioribus locis delectari, una cum gallinis pasci et longius a domo per agros diuagari. Quod autem Scylax Cariandensis k lacui Cephiso in Africa, Mnaseas l lacui ibidem Cratum amnem de se promenti eas uendicat, uel error est uel gallinis quibusdam Africanis, quae paludes amant, rutilam m galeam et cristam in capite ge-

runt quaeque nouissimae n peregrinarum auium in mensas propter ingratum uirus (quod nostris meleagridibus non competit) receptae sunt, nomen meleagridum propter similitudinem indidere.

Cocunt o aliquando cum pauonibus et excluduntur pulcherrimi pulcherrimis pennis fulgentes. In cubant uerno tempore diebus tricen-

Ad uocem earum extendit Pollux uerbum *καυαλέω* crocicationi galinaceae pauoninaeque non dissimilem edit cum fragore per collum longelateque uagantem et instar liquoris in dolium infusi obstrepentem. De usu ipsorum in cibis non est, quod dicamus. Olim Isidi

Tithoneae p a pauperioribus immolabatur.

ARTICVLVS III.

De Phasiano, Vrogallo seu Tetraone Maiore et Minore.

Phasianus Galeno gallus syluestris, Statio Phasidis ales, Scythica uolucris Iuuenali, itys quibusdam dicitur. Magnitudo non omnibus eadem. In regionibus Ergimul et Cerguth, quae Magno Chamo subsunt, maximos reperiri Paulus Venetus scribit, cum tantae prolixitatis cauda, ut decem et octo palmos excedant. Is, quem Aldrouandus describit, libras tres duodecim unciarum pendebat. **Rostrum** coloris erat cornei, pollicis transuersi longitudine, in extremo recuruum, superius inferiore longius. Membrana carnosae, qua capiti coniungitur, tuberosa, sub qua nares occultantur, instructum. **Caput** in uertice colore cinereo fere micabat, ad latera supra coccineam maculam et prope rostrum uiridi et admodum uel in sole uel in umbra uaria. Ab utraque capitis parte e regione aurium pennae, quas Plinius cornicula uocat, eleuabantur, sub his caruncula seu musculus, qui cornicula illa mouent, adparebant. **Aures** erant admodum

latae, profundae et rotundae. **Colli** pennae infra prope pectus et pectoris etiam prope collum tribus coloribus uariabant, fulco nempe prope radices, dein aureo et uiridi, sed uiridis, nisi complicatis simul pennis non conspicitur, si unicam a corpore ablatam examines, niger iam adparet, sed et aureus, si pennas inuertas, splendorem amittit. **Tergoris** pennae erant totae ferrugineae ad rufum uergentes et, uelut in exigua flamentata desinebant. **Cauda**, quae organi pneumatici figuram obtinet, duos dodrantes cum duobus palmis explebat etc. Foemina mare per omnia deformior est, coturnicis fere colore.

Locus ipsis Phasis amnis, unde nomen fortiuntur, Athenaeus b ex Media adcersi solitas quasi meliores tradit, in Indiae hortis cum pauonibus enutritas c Aelianus. In Curiana d regione tam numerosi capiuntur, ut singuli duabus aciculis uenditi fuerint.

In Scandinauia aliquando absque cibo sub niue latent. Fridericus Saxoniae Dux ducentos emissos capi

n Plin. H. N. l. 10. c. 26.

Generatio o Bapt. Porta l. 2. Mag. Nar. c. 14.

Vox.

p Pausan. in Boceris.

capi uetuit. *Vicitant* granis, feminibus et baccis. Avena imprimis delectantur.

Genera-
rio.
e Pallad.
de rerust.
6. 29.

Coeunt e mense Martio et Aprili. Vnus mas duabus foemellis sufficit. Viginti fere ovis illisque rubris pariendi ordo concluditur. Semel in anno foeticant et trigesimo die maturos *pullos* emittunt. Optime gallinis incubanda committuntur, ut una matrix quindecim ova operiat. Quomodo uero ex phasiano mare et gallinis gallinaceis simul coeuntibus phasiani procreari possint, docet apud *f* Aldrouandum Longolius. Intereunt pediculis, nisi se puluerent. Pennas, dum nimis pinguescunt, si quibusdam credendum, amittunt. Capite in terram immisso totos se latere existimant et, dum propriam imaginem admirantur, prius se capi sinunt, quam aufugere possint.

fl. 13. Or-
nish.

Vfus.
g Trullia-
an. l. 7. c. 2.

Quantum ad *usum medicum*, non pingues *g* bene purulentis in cibis exhibentur. Vinum, in quo unus extinctus est, bibitum torsiones, si Marcello Empirico credimus, tollit. Adeps tetanicis, matricis suffocationi et renum *h* adfectibus prodest. In *cibus* uehementer laudantur nec uel pedicibus uel gallinis domesticis, si puli edantur, cedunt. Olim inter *i* summas delicias numerabantur, a quibus Ptolomaeus abstinebat, at quibus Heliogabalus *k* leones et alia bruta pascebat.

h Galen. de
ren. ad-
fect. c. 4.

i Philostr.
l. 8. de uita
Apollin.

k Lam-
prid. in
Heliog.
Descri-
ptio.

VROGALLVS maior, qui ueterum tetrao, Aristotelis tetrax, ut Gesnero, Agricola, Iouio et Aldrouando placet, a quibusdam cum otide seu itarda uel tarda, a nonnullis cum ortyometra confunditur, ex gallinaceorum est genere. Quem

Aldrouandus describit, habet *collum* dodrantale, palmis nigricantibus cinereo diluto colore sparsim notatis. *Caput* nigrum, rostrum breue, gibberum, latum. *Supercilia* et pelliculam circa oculos rubra. *Pedus* et uentrem coloris nigri. *Alarum* pennas longissimas palmarum quinque nigricantes aut potius fuscas, minores sub alis albisissimas. *Poplites* et femora plumis albis, crura ad digitos usque fuscis uestita. Ex albis in cauda maculis aetas conicitur, quo maiores sunt, eo pauciores illas habere feruntur. Reperiuntur, qui libras quatuordecim Germanicas, imo et uiginti tres Italicas pendunt.

De *coitu* ipsorum mira tradit Encelius. Ore coire, gallum sperma ex ore tempore coitus euomere, gallinas, postquam id deglutiuerunt, concipere, mox comprimi. Reliquias rore uel pluuia superueniente, putrefacta materia, in serpentes mutari, non superueniente, in gemmam translucidam et candidissimam abire, sit penes auctorem fides.

Saporis sunt gratisissimi. Caligula sibi eos immolari uoluit.

VROGALLVM minorem Stumpfius phasianum montanum adpellat. A Gesnero conspectus multo maiora supercilia et pellicula rubente quandoque caerulea, quam urogallus habebat. Rostrum longitudine transuersi digiti, plumas in uertice nigras. Collum plumis Indicis etc. In septentrione, si Olao fides, sub niue duobus aut tribus mensibus latitant. Capiuntur laqueo, ita ut collo adstricto suffocentur.

Vfus.
Suetonius.

ARTICVLVS IV.

De Grigallis et Attagene.

Grigallus uel maior uel minor est. Illam sub nomine tetracis Nemesianus Poeta describit, dum ait:

Et tetracem Romae, quem nunc uocitare
taracem
Coeperunt, auium est multo stultissima.

Aldrouandus duplicem tradit descriptionem. *Prima* est illius, qui a medico Cracouiensi misus fuit. Erat magnitudinis anserina, rostro nigro adunco, gibbofo. *Capite* plano, a rostro

Otis Cum Ciere Arctino.



Attagen. haselhun.



Otis. Trada Trabgans



Charadrios.

Avis Stellata. Stella. Sternvogel



Oedicnemus Triel.







Attagen seu Perdix
Rebhuhn.



Galgulus.



Pica Caudata.
Elster. Aitel.




Caryocatactes.
Nusbicker.



Ortygometra. Wachstel.
König.



Coturnix. Wachtel.



Rusticula minor.
Graschnepf.



Moskuv.



Capella. Kyjats.



Merops. Seefchwalb.



Vpupa Kothar.



Widhopff

A
Orn
l. 13

Dej
prio
c. 15
9. c
d. 15
et 1

e. B
5. c
6. c

a rostro ad narium foramina usque cinereo nigris maculis consperso. Reliquum collum item pectus uenter et coxae coloris erant rufi modo nigris, modo albis maculis adpersi. *Cauda* rufa, sed magis, quam reliquo corpore ad castaneum accedens maculis nigris maximis conspergebatur. *Digitis* nudis, cinereis quatuor erat instructa. *Oculorum* cilia coccineus color ambiebat. Tota auis, si rostrum more rapacium et unguis aduncos habuisset et paruo fuisset corpore, uel lithofalcus uel accipiter fringillarius uideri potuisset. *Altera* ex Gesnero desumpta est, cuius grigallus erat toto corpore perdicis fere, praesertim rusticae instar colorato et punctis maculisque nigricantibus distincto, ima colli pars prona intercedentibus lineis ex caeruleo uirentibus rubebat, in uentre plurimum albedinis conspiciebatur. Propter mirificam colorum uarietatem attagenem Alpinum uocare posset. *Minor a* perdice est maior, sed eidem persimilis. Creditur a betulae colore Germanis *Birf* huius dictus. Supremum a betula corticem si detrahas, qui albo subest in nigroque rufescit, praecipuum huius alitis colorem imitatur. Densa et opaca loca, ut bombardarum minas fugiat, petit, ideo saepe in betuleto latet et inde in sata et foenilia callidissime excurrit.

ATTAGEN, perdix *b* Asclepica quibusdam inter pulueratrices ab *c* Aristotele ponitur, quod inter palustres ab Aristophane *d* et eius scholiaste, uel error est uel ideo factum, quod interdum ex montibus ad loca uicina *e* descendat ibidemque moretur uel illa, nisi *Turner*us fallit, intelligenda est, quae ad ripas fluminis moratur. Gallinagini ita similis est, ut, nisi paulo maior esset et pectoris color magis ad cinereum uergeret, altera ab altera difficulter distingui posset, rostrum habet longum, sed capta triticum non secus, ac columbi comedit. Quantum ad ueterum *descriptionem*, Alexander Myndius perdice paulo maiorem, totum circa dorsum *καταφρα-*

γορ, id est uersicoloribus maculis pictum, figulinae testae colore, sed magis rufum, corpore graui, alis breuibus facit. Quantum ad recentiorum, Gesnerus attagenem corylorum gallinam esse putat. *Bellonius* f suum anati campestri, quem coturnicibus bene maculatis comparat, similem esse scribit. *Iulius Alexandrinus* g genus quoddam longiore collo et cruribus, plumis non iisdem macularum notis distinctis ex Hispania adlatum se uidisse refert. Florentiae *b* obseruatus rostro nigro, sed in extremo rubescente, oculi pupilla nigra, iride cinerea, maculis per uentrem albis, dorso ferrugineo nigris maculis insignito, pedibus ferrugineis. *Aldrouandus* auem ex Siciliae montibus adlatam pro attagene ponit, quae magnitudine et toto habitu ad phasianum accedit. Rostrum habet breue, nigrum et in acuto recuruum. Colorem totius uarium. Caput imprimis aspectus pulcherrimi, cristam in medio uertice erectam, subluteam nigris et albis maculis uarietatam. Pupillam oculorum nigram, iridem luteam, supercilia ex pelli-
cula coccineo colore rubente. Sub rostro et gulae principio ceu barba ex tenuissimis plumis dependet. Collum est longiusculum et ad corporis habitum adsimilatum, tenue et exile, cinereum maculis albis et nigris conspersum. Pedum digiti anteriores longi, posterior breuis, singuli adunco hamo armati.

*Loc*i si ratio habeatur, nulli sunt in Campania, quod ibi aconitum, quo purgantur, non proueniat. In Creta *k* non nisi in Cydoniatarum regione. In Cypro etiam domi aluntur. In Rhodo et Ionia laudatissimi habentur, sed et in Hispania Pyrenaeis, Aruerniensibus Galliae et Alpibus reperiuntur.

*Vit*ant granis *l* et frugibus. Loquuntur nomen suum, qua posunt uoce et decantant. Vocales capti obmutescunt, si *Plinio* *m* et *Aeliano* credimus, in suas sedes dimissi *n* et *το θυγγια και την παρρησιαν* recipiunt. Ex Lydia *n* in Aegyptum

f Bellon. l. c. 5.

g Iul. Alex. l. 13. salubr. c. 5.

h Aldr. l. c.

Locus.

i Ambr. Leo Probl. 343. k Plin. H. N. l. 8.

Vitus.

l Athen. l. 9. Dipnos. m Plin. H. N. l. 10. c. 48. n Ael. H. A. l. 15. c. 27.

Aldrou. Ornithol. l. 13. c. 9.

Descriptio. c. H. A. l. 9. c. 49. d In auib. et uespis.

e Bellon. l. 5. de Auib. c. 6.

ptum aliquando deportati et in syluam dimissi coturnicis primo uocem emisere, post τρις τος κακοις ταγαα explanatissime protulisse finguntur.

Adfectus. Amant ceruos et dorsis illorum infiliunt. Cum o gallinaceis uero inimicitias exercent.
o Aelian. de Anima- lib. l. 6. c. 45.
Vfus. Caro in cibo est laudatissima, seu

sanguinis optimi generationem seu excrementi paucitatem seu concoctionem alimenti attendas. Candida est, tenera et fibris prorsus carens. Conceditur purulentis a Tralliano, nephriticis a Galeno. Cerebrum genituram augere Auicenna reliquit.

ARTICVLVS V.

De Gallina Corylorum.

Descri- ptio.

Gallina corylorum Alberto bonasa et orix, Longolio falso otis, Bellonio gallina rustica M. Varronis, aliis perdix montana et syluatica dicitur. Caput ipsi et rostrum ex descriptione Bellonii et Gesneri est instar perdicis, rubet in superciliis. *Dorsi* pennae superiores Ascolopacis similes, sub uentre e regione uentriculi albescunt nigro maculatae in utroque latere sub alis. Remiges alarum ad instar aluconis maculantur. *Cauda* grisea, in extremitate alba, deinde nigra ad pollicis magnitudinem macula, qua superiores pennae, quae caeteras tegunt, carent, tineta, caetera colli tetraonis colore. *Tibiae* plumis ad digitos usque teguntur, quae uillos leporinos fere referunt. *Digiti* pedum corticosi, squamosi, glauci multis lineis articulati. Aldrouandus fuscae maculae meminit, e qua eiusdem coloris tenues quaedam pennae ceu uilli dependentes, tanquam barbam efficiunt.

Reperiuntur in Hercynia sylua, sed et circa radices Alpium, ubi coryli et rubi abundant. Iis enim insident rapacium uolucrum insidias magis timentes, quam hominum astum.

Vescuntur granis, sed inprimis iulis seu nucamentis, quae piper longum referunt.

Pullos educatos extra locum educationis ipsorum abducunt, illi uero bini mas et foemina aliorum se conferunt.

Cibum suppeditant laudatissimum et caro earum quatuor diuersis coloribus secundum Gesnerum tingitur, secundum Albertum foris est nigra, intus alba. Mulieres quaedam pennis certo tempore decerptis aduersus uteri suffocationem utuntur. Stumpfius epilepticis salubres tradit. Hippia tri tres quatuorue earundem uentriculos una cum cibo in eis contento equis asthmaticis deuorandos dari praecipunt.

ARTICVLVS VI.

De Otide siue Tarda.

H. N. l. c. 22.

Otum et otidem ex ueteribus Aristoteles, Athenaeus, Plinius et Oppianus confundere, starnam et stardam seu tardam ex recentioribus conciliatoribus rapacem Albertus facit et bistardam uocat. Tetraoni congenerem non esse, quod ex Plinio Bellonius opinatur, uel peculiaris pedum constitutio, tridactylos enim est, euincit.

Quantum ad *formam*, fidipes est Arhenaeo *b* tribus insistens digitis, magnitudine gallinacei maioris, capite oblongo, oculis amplis, rostro acuto, lingua ossea, gracili collo. Bellonio *c* et Gesnero crassior est et ualidior, grauis, tredecim cum dimidio libras interdum pendit. *Caput* habet inconcinnum, cinerei cum collo et ad uentriculum usque

Locus
e Aldr.
Ornit.
l. 13. c.
f Plin.
N. l. 1
c. 22.
† Panf
in Pho
c. 11.
g Heff
Boeris
Hist. S.
ina.

usque procedentis coloris. *Rostrum* robustum ualde, *linguam* feratam, utrinque acutam et in extrema duram. *Meatus* auditorius adeo patulus, ut extremitas digiti immitti possit. Si introspicias, duo adparent sub plumis anfractus, unus rostrum uersus, alter recta ad cerebrum uergens. *Pectus* crasum ac rotundum cum uentre et cruribus, quatenus plumis uestiuntur, ad media usque femora albicans. *Dorsum* castaneis ac subnigris maculis respersum. *Alarum* pennas maiores candidas, circa finem nigras. *Pennarum* radices rubras. *Caudam* pennis rufis cum tenuis quibusdam et maculis nigris superiore interioreque parte albis ornatam. *Tibias* pollicem crasas, medium pedem longas, squamosas. *Pedes* admodum crasos, sub quibus talus magnus instar musculi conspicitur. *Digitos* pedis utriusque contra reliquarum auium morem ternos tantum. *Interiores partes* si spectes, *d uentriculum* habet magnum, in quo interdum calculi albi inueniuntur, in extrema gula ante stomachum partem capaciorum ex multis rotundis carunculis compactum. *Intestinis* diductis et extensis, id quod a fundo uentriculi ad aluum recta procedit, dodrantum est septem cum dimidio, appendices uero duae ab aluo retrocedunt, quarum altera tenuior est, tres dodrantes longa, altera amplior, duos cum dimidio, tres uero isti meatus iuxta aluum in unam capacitatem conueniunt.

Quantum ad *locum*, in Italia non uisuntur, e nisi forte turbine aduectae. Hispaniae peculiare esse credit *f Plinius*, sed falso. Nam et in Graecia circa *† Cephissum* Boeotiae nascuntur et in Britannia *g* magno sunt numero et in Belgium sub autumnum gregatim aduolant ibidemque in agris procul ab urbibus disitis morantur, nihil de Polonia di-

cam. Falsum itaque, cum coturnicibus, quod *h* a *Plinio* traditur, quae ab eo tempore Italiam deferunt, auolare. Arboribus nunquam insident nec aquas, nisi eas, quas post pluias in camporum foueis relinquuntur, fitis sedandae causa frequentant.

Vescitur frugibus, sed et herbis, ut auricula muris et *i rapis* uentrem implet.

Nidificat in terra, tricenis *k* diebus incubatum absoluit et parit, cum matura seges est.

Volatu est propter corporis pondus admodum breui et tardo et capitur manu, si quis *l* celerius instet.

Amicitiam cum equo *m* colit, huic adpropinquare et simum *n* deicere gaudet, *†* ita capitur. *Inimicitiam* uero cum uulpe et cane exercet. A uulpe inuersa in terram *o* abiecta caudamque, ut cololum auis extendente capitur. *πρότις σιν ως πρὸς ὄρνιν ὀμόφυλον.* Humilitatis ob ponderosam *p* corporis molem sibi conscia, simul ac canes latrantes audierit, *eis τὰς θάμνας καὶ τὰ ἔλη* confugit.

Vsum et in *cibus* et in *medicina* praebent. In *cibus* caro Xenophonti apud *q* Athenaeum suauius a *Demetrio* Constantinopolitano. *r* Accipitribus, tanquam suauiissima praescribitur, *Iulio Alexandrino* squamuis nigra et durior, ualenter tamen alit, si uel exquisitam in uentriculo concoctionem adeptam fuerit uel captae et iugulatae durities dometur.

In *medicina*. Nam adeps *t* apud *Phryges* et *Lycaones* mammis puerperio uexatis adplicabatur. *Fimi* usum *Auicenna* contra impetigines praedicat. *Oua* eodem teste capillos nigro colore tingunt. *Piscatores* repraesentatis ex ipsarum pennis muscis piscibus insidiantur.

h Plin. H. N. l. 10. c. 23.

Vicius. i Longol. Dial. de Avibus.

Generatio. k Arist. H. Al. 6. c. 6.

Volatus. l Xenoph. l. 1.

Amicitiam. m Ael. l. 2. de Avibus.

Inimicitiam. n Plur. de Solertia Animal.

Humilitatis. o Ael. l. 6. de Avibus.

Confugit. p Idem l. 5. c. 24.

Vsum. q Athen. in Dipnos.

Accipitribus. r l. de Accipitrum cura. s l. 13. de Sabbia c. 5.

t Plinius in H. N.

Locus. e Aldron. Ornithol. l. 13. c. 12. f Plin. H. N. l. 10. c. 22. g Panfan. in Phoci. c. 11. h Hector Boetius in Hist. Scotiae.



ARTICVLVS VII.

De Anate Campestri et Aue Stella dicta.

Anas campestris propter consimilem digitorum numerum otidi succedit. Bellonio anas campestris, cane petiere Gallorum et tetrax et Galliae peculiaris esse creditur, a rusticis Gallis oliua dicitur. Ex eiusdem descriptione, est phasiani corpulentia. *Capite*, si crasitiam demas, coturnicem, *rostro* quod nigrum pullum gallinaceum refert. *Dorsum* tribus aut quatuor coloribus, nempe flauo tendente ad rubrum, subcinereo et rubro intermixto uariegatur. Quatuor pennae alarum in superiori parte in extremitatibus suis nigrescunt. *Pectus* alba torquis iuxta ingluuiem circumdat. Radices omnium plumarum rubrae sunt et sanguineae. Tres duntaxat in pedibus *digiti*.

Omnia intus in auibus granius communia.

Vescitur granis absque discrimine omnibus nec non formicis, scarabeis et muscis. Quamuis color colli et capitis semper idem non sit et in hoc maris a foemina differentia consistat, dorsum tamen et alae nunquam colorem immutant.

STELLA tribus quoque digitis incedit. Totum corpus, si uentrem et caudam et alas maiores excipias, ex albo, luteo et nigro ita uariegata est, ut, qui color superet, difficile sit iudicare. *Rostrum* est longiusculum in extremitate parum recuruum, nigricans. Venter et coxae candicant. *Cauda* maculis nigris plurimis, quarum binae transuersales insigni sunt magnitudine, conspurguntur.

ARTICVLVS VIII.

De Oedicnemo Bellonii et eius Congenere

Aldrouandi.

*Descriptio.
Bellon. l. 5.
de Auib.
6. 5.*

Auis, quam Bellonius oedicnemo a tiliarum infra genu propter os, quod ualde crasum est, qua nota uel sola agnosci potest, singularem crasitiam uocat, magnitudinem habet elori, *rostrum* longiusculum, in extremo nigrum et flauum, qua capiti iungitur. *Alis* intus albis, extra nigris otidem, *dorso* attagenem refert. Coloris enim est fumosi maculis nigris per longitudinem ductis uariegati. *Digitos* habet in pedibus ternos, *tibias* ut supra. Tarde parit et ineptae ad uolandum sub finem mensis Octobris repertae sunt. Huic respondet illa, quam sub **CHARADRII** Aristotelici nomine Gesnerus descripsit. Gallinae paruae aut columbae ei magnitudo. *Rostrum* longiusculum anterius nigricans, posterius flauescens, extremis partibus inferiore et superiore leuiter decusatis. *Pennae* in collo, capite et pectore maculosae posteriore

colli parte ad fuscum tendente, in dorso et alis fuscae maculis quibusdam rufis insignitae. *Crura* oblonga, coloris sublutei. *Digiti* terni breuius interiore parte membranis iuncti. *Unques* breuissimi et mutili. *Degit* in pratis palustribus et aliquando in lacu Tugurineni glacie adstricto manibus se capi permittit.

Viscitat muribus, quos de nocte uenatur.

Vocem, tanquam fistulae edit. Domi inclusa subinde ambulat, aliquando in orbem ad multum tempus circa columellam aut aliud quidpiam, aliquando recto tramite et, si quid impedimento fuerit, transilit potius, quam a uia recta deflectat. *Oculos*, etiam si digitos admoueat, non claudit.

Addit Aldrouandus aliam oedicnemo congenere. Crasitiae corporis et pedum constitutione otidem refert. *Rostrum* habet superius

*Gesnerus.
n Ornith.*

rius et inferius aequè longum, rutilum, rictu amplissimo, naribus ualde, ut in anserè patulis. Caput, ceruicem, dorsum, caudam et alas ex flauo et castaneo elegantissime diluta et maculata. Ven-

trem totum et femora intus candida. Gulam et pectus albicantia, intercurrentibus maxime in pectore maculis. Tibias, si digitos pedum compares, longissimas.

ARTICVLVS IX.

De Perdibus in genere.

Perdix Graecis *πέρδιξ* et *περδικη*, Cretensibus *πέρδιξ*, Pergaeis *σιδάρος*. Hesychio *κακίδα* dicitur. Quo nomine nostra aetate haec auis indicetur, non satis est compertum. Perdices rufum, ueterum minorem uulgarem perdicem esse placet Turnero, sed rostrum *a* illius cinnabarinum non admittit. Quidam apud *b* Longolium otidem cum perdibus confundit. Bellonius *c* ex eo, quod Aristotelis perdicem cum aliis auibus, modo magnitudo par sit, coire scribit, coturno Graecorum, qui cum gallinis rem habuisse uisus est, id nominis imponit. Aldrouandus, cui coturnus et coturnix, magnitudinem, quae pro diuersitate terrarum uariat, (sunt in Allobrogibus *d* perdices mediocri pulso non minores,) si excipias, eadem, coturnicem, perdicem rufam esse sentit et perdices minores ab Athenaeo *e* adpellatas easdem cum auibus nouis Plinii esse et starnas, tanquam externas uocari contendit, rusticulam autem Plinii, quam Dalechampius et Suesanus perdicem minorem esse credit, galinagini, ascolopa seu scolopacem Aristoteles uocat, ex descriptione collatione ad censet.

insulae sunt rubrae, gallinae *k* magnitudine. In Aegypto cinerea, alibi albae. Apud Troglodytas gallinae magnitudine, *l* rostro et cruribus seu fuscis seu luteis. In regno Barnagasii quaedam caponum magnitudine, pedibus et rostro luteis, minores gallinis, alias pedibus est rostro purpureis, nonnullas rostro et pedibus cinereis. In Hispaniola diuersicolores, suauissimi saporis. In continente, si Ouiedo credendum, Hispanicarum gallinarum magnitudine, duplici pulpa, alia alteri substrata eaeque tantae molis, ut unam ne insignis quidem heluo absumere queat. Colore sunt in pectore, alis et collo cinereo. Oua ponunt ouorum nostratium gallinarum magnitudine, colore lapidem caeruleum aemulante.

Quantum ad *internam constitutionem*, bina habere in Paphlagonia *cor-da* falso forte prodidit *m* Theophrastus, hybernis mentibus nullos habere *testes* eadem *n* fide alii. Ingluuiem uentriculo in ipsis praeiacere, *o* appendices non superne, ut piscibus, sed inferne ad extrema intestini haberi, cum *p* coeunt, turgidos ualde testes obtinere uerissime Aristoteles prodidit.

Loca si quaeras, in Hibernia et Lemniorum insulis nullae sunt, si Botero et Liberali credimus nec minores in Creta, rufae in Belgio rae. A duabus in Anapheu insulam immisissis tanta uis procreata, ut incolae de loco deferendo cogitarent. Apud Tarnasfaros, Aethiops, Samios, Cretenses etc. eximia ipsarum foecunditas. In insula Caprea adeo pinguescunt, ut adipem eximant incolae et in futura con-

k Nicol. de Nicolais l. 2. l. in Orient. c. 8. Scal. Exerc. 236. 13.

m Plin. H. N. l. 10. c. 35. Ael. de Anim. l. 1. c. 15. n Arist. H. A. l. 3. c. 1. o Arist. H. A. l. 2. c. ult. p l. 3. H. A. c. 1.

a Athen. l. 9

b In Dialogo de Auib. cl. 5. de Auib. c. 13.

d Scallig. Exerc. 236. l. 7.

e Athen. Dipn. l. 9.

Genera. i Geograph. l. 17. g. Del. l. 17. de Anima. lib. c. 7.

h Athen. H. A. l. 4. c. 13.

i Athen. l. 9. Dipnos.

conuiuia seruent. Qui in Boeotia, fines in Atticam non transuolant, si q Athenaeo fides et, si forte aliquo migrauerint, uoce ab indigenis dignoscuntur.

Victus. *Vescuntur* limacibus r, unde ibi r Arist. H. nulli, ubi perdices, in Sciatho s infula cochleis, allio, quod de Cirrhaeis t Aelianus prodidit, fabulo, u granis et aliis. Pamphagam esse l. 4. c. 13. suspiceris.

Libidinis sunt profundissimae, unde salacitatis uenereae symbolum. Sane mares non tantum uisis foeminis, u sed et uoce illarum audita semen emittunt, ex animi forte impressione. Nam et, si speculum contra eos posuerimus, ad imaginem suam adcurrentes idem faciunt. lidem, si Alexandro Myndio credendum, hiantes coeunt et toto coitus tempore lingua exerta uolant.

Nata iam oua, x ne circa pullitiei educationem occupatis foeminis earum societate frustentur, frangunt, in aucupantes y interdum ueneris impatientia ruunt et capitibus ipsorum insident, si foeminarum copia non detur, uociferantur et pugnant inter se. Victum aiunt

uenerem pati et quidem z tandiu, donec et ipse alterius uictor euaserit, quin in proprios pullos idem scelus committunt eosdemque simul ferme, ac exclusi sunt, subagitant nec gallinaceo parcunt generi, ex quorum cum perdieibus congressu tertium quid progigni a Aristoteles reliquit. Nec remisior foemel-

lae salacitas. b Si contra mares steterint, aura ab his flante praegnantess fiunt. Hiantes per tempus exerta lingua aestuant concipiuntque super uolantium afflatu, saepe uoce tantum audita masculi. Adeoque uincit etiam libido foetus caritatem, ut illa furtim et in occulto incubans, cum sensit foeminam aucupis accedentem ad marem, recanat reuocetque et ultro se praebeat libidini, quod tamen Plutarchus inficiatur. Nidum caeterarum auium more non exstruunt, sed partui uicinae aream seu receptaculum e festucis substernunt idem-

que spina et frutice e tum, ut contra feras abunde uallentur tum, ne oua a rore decedente uel imbribus et sic infocunda euadant, adficiantur, muniunt nec, in quo loco peperere, incubant. Septem uero diebus nidum contextunt, septem in pariendo consumunt, septenos pullos enutriunt, si Aeliano d credimus. Oua bis quotannis ponere Albertus dicit, decem, saepius quindecim et sedecim illaque seu alba seu ouis columbae similia e alii addidere. An utraque perdix incubet, ab aucupibus inquirendum est. Exclusionem quod spectat, pullos morae impatientes occupatis spatii sponte erumpere pertusisque ouis, ubi primum caput exeruerint pedesque protulerint, reliquo corpore adhuc adhaerescete, procurrere sibi que cibum ductu matrum inquirere f aiunt. Sane more gallinarum plumis obuestiti in agros, ubi messis stetit, deducuntur, quod mater suo uolatu iis cibum subministrare nequeat. Vitam ad g quindecim uel sedecim annos extendunt, quod ad uigesimum quintum peruenire apud b Aristotelem legimus, h mendum est. Olfactus ipsis exquisitus.

Volatus ob corporis grauitatem et breuis et humilis, k uelox tamen et impetuosis, hyberno tempore gregatim, uerno, cum proli student, binae tantum uolant. In Boeotia sui, cum uolant, non esse iuris, sed in ipso aere, quas transire non audent, metas habere, inde ultra notatos iam terminos nusquam exire nec in Atticum solum transmeare Solinus l fabulatur. Vocem non eandem habent. Boeoticas exili uoce uti aiunt. Athenis m circa Corydalum pagum oppidum uersus caccabant, ultra uero ττροβιζουσι. Hesy chius καναβιζουσιν scribit, Aelianus n quasdam uocis contentione et cantu ualere ait. Ex ipsarum cantu certissimum iam adpropinquantis diei signum, sed falso adserit o Bellonius.

De **Pugnacitate** earum quaedam produntur. Alexander Seuerus p per-

q Athen. l. 9. Dipnos.

Victus.

r Arist. H. A. l. 9. c. 37. s Athen. l. 9. c. 4. t Ael. H. A. l. 4. c. 13.

u Scalig. in Aristor. de plantis. Generatio.

u Athen. Dipnos. l. 9.

x Aelian. l. 2. de Anim. c. 5.

y Arist. l. 9. H. A. c. 8. Plin. N. l. 10. H. N. c. 33.

z Aelian. de Animal. l. 10. 47.

a l. 2. de Gener. c. 2. b Plin. H. N. l. 10. c. 33.

Athen. Dipnos. l. 9.

c Plin. l. c. Aelian. l. c. 16. et. l. 10. c. 35.

d l. 17. de Anim. c. 15.

e Arist. H. N. l. 9. c. 8. Aelian. l. 10. de Animal. c. 35.

f Aelian. l. 4. de Anim. c. 12. l. 10. Variacibi. fo. c. 3.

g Athen. Dipnos. l. 9. Plin. H. N. l. 10. c. 33. h Arist. H. A. l. 9. c. 7.

i Volatus. k Ouid. l. 8. Metam.

l Polyhist. c. 12.

m Athen. l. 9.

n Ael. l. 4. de Anim. c. 13.

o l. 5. de Animal. c. 14. Pugnata.

p Lant. prid. i. Seuerus q Lant. gman. hist. C.

Victus. r Aelian. 4. de mal. c.

sin com. mirab. narra. Ingen. c. Plin. N. l. c. 33. Arist. A. l. 9. Aelian. 3. de mal. c.

u Plu. solert. Anim.

x Stra. l. 2. S. Athes. Dipn. l. 3.

y Ald. 13. O. nith.

p perdicum et catulorum certamine sese oblectabat. Cyprii easdem q ad eiusmodi certamina enutriunt. Apud Gesnerum e Sedunis adlata selem mordebat. Pugnans et inter se, cum gregatim per nemora pascentibus foemina ceu futuri certaminis spectatrix sese offert et, nisi uictori, copiam sui faciens.

Vidus r nunquam in conspectum prodit. *Pulli*, cum primum ad coitum educuntur, sua cute armati, quam uel ad arbores adfricando uel luto oblinendo asperam reddunt, pugnant. Acuitur pugnacitas, si trichomanes et polytrichum in cibo offerantur, si s Liberali credimus.

Sed et singulari pollere perdices ingenio certum est. Si ad nidum coeperit t accedere auceps, praecurrit ad pedes foeta praegrauem aut delumbem sese simulans subitoque in procursum aut breui aliquo uolatu cadit, fracta aut ala aut pedibus, procurrit iterum iam iam prehensurum effugiens spemque frustrans, donec in diuersum abducatur a nidis. Eadem pauore libera et materna uocans cura, in sulco resupina gleba se terrae pedibus adprehensa operit. Discunt et pulli astum u et, quam primum hominem adesse sibilo significarit mater, supini se conlocant et corpus quisquiliis tegunt. Nec deponit has uenator fraudes. Ante retia propositus cantum ad pugnam lacescentem orditur. Syluestribus ingruentibus pedem refert, ipsi in laqueos incidunt. Nolo sermone humano enunciando aptos dicere, quod aliqui ex x scriptoribus innuere et latiuscula earundem lingua suadere uidetur. Non caret tamen fide, interdum ita cicurari posse, ut cum gallinarum domesticarum cohorte promiscue habitent, quod apud Aloysium y Mundellam factum, domi educatae ad montes interdiu uictum inquirendi ergo

sub custodibus dimittantur sibilo reuocatae sub uesperam redeant, quod Nicolaus a Nicolais z in Chio insula communiter fieri prodit et ab homine de loco in locum ad quatuor millia ita, ut ille terra iter faciat, istae per aerem uolent, quiescente quiescant, ducantur, quod in Ponto uisum, Odoricus de Foro Iulii tradit. Oua deperdita per alterius a matris damna, ut adoptione alienae sobolis suae orbitatis incommoda reparent, refarcire, natos in campos eductos, ut fuerint materna uoce commoti, ouorum genitricem petere, ubi sensere, b medicamentum lethale parari, uociferari. Cirrhaeas c seipsas, ut ab aucupibus spernantur, emaciare, porro ad uocem sonoram d conciliandam uti, uulneri origanum e mansum imponere, lauri foliis f annum fastidium purgare, arundinis lecta et seu comesta seu in nidum imposita coma oculorum fascinationem g auertere adductorum auctorum fide refertur.

Vsus Cirrhaearum in cibo nullus, b allis enim uescuntur, nostrates laudem apud omnes, Martialem si excipias, meruerunt, sunt, qui pullos ueteribus, alas reliquis partibus praefereunt. Fuere et exta et oua in usu. Heliogabalus i Palatinis ingentes dapes iis refertas exhibuit. Sed nec medicina illis destituitur. Caro elephantiacis, lue uenerea k adfectis, fluxu alui † laborantibus prodest. Medulla et cerebrum cum uino ictericis, uentriculus l ex uino nigro iliatis, iecur aridum comitiali morbo laborantibus, sanguis m suffusioni oculorum, fel n in hebetudine uisus et albuginibus cum melle commistum, pennae combustae ad uteri strangulatum, oua ad o laeas copiam facere creduntur.

z l.2. Na-
uig. Ori-
ental. c.8.

a Casiod.
uar. l. 2.

b Aetius
l. 13.

c Aelian.l.
4. de Ani-
mal. c. 13.

d Arist. l.
2. Probl.

e Aelian.l.
5. de
Anim. c.

f Plin. in
HN.

g Aelian.l.
1. de Anim.
n. 35.

h Idem l.
4. c. 13.

i Usus.

k Lampr.
in Helio-
gab.

l Cardan.
in Com-
ment. in

m Aphorif.
† Hippocr.
l. 3. de di-
aera.

n Plin. H.
N. 30. c. 6.

o Idem l.
16. c. 18.

p Galen. l.
10. de sim-
plicib.

q Dioscorid.
l. 2. c. 72.

r Plin. l.
30. c. 14.



I

ARTI-

in l. c.
ian. l.
6. et. l.
c. 36.

17. de
im. c.

Vidus.
r Aelian. l.
4. de Ani-
mal. c. 1.

s in cong.
mirab.
narrat.
Ingenium.
r Plin. H.
N. l. 10.
c. 33.
Arist. H.
A. l. 9. c. 8.
Aelian. l.
3. de Ani-
mal. c. 16.

u Plus. de
solertia
Animal.

x Statius.
l. 2. Sylu.
Athen.
Dipnos.
l. 3.

y Aldr. l.
13. Or-
nith. c. 16.

s. de A.
r. c. 14.
gna.

ARTICVLVS X.

De Perdibus in specie.

PUNCTVM I.

De Perdice Graeca Bellonii, Perdice Rufa, Cinerea et Damascena.

PERDIX GRAECA crassa quoque et coturnus ex descriptione a Bellonii dicitur. ^{a Bellon. l. 5. c. 13.} Nostribus duplo crasfior est, rostro pedibusque rubris, maculis ad anteriorem uentriculi partem eisdem, quibus rostra resperfa, mediocris gallinae magnitudine. Frequens est in rupibus Colmensibus, insulis Cycladibus et Cretae maritimis. Vox nostrarum uoce maior, coitus inprimis et partus tempore. *Nidificant* sub dio mense Maio. Oua edunt sub aliquo magno lapide octodecim, quandoque sedecim ouis gallinae similia, minora, alba maculis subrubris exiguis resperfa, usui peridonea, sed quorum uitellus non congelatur.

PERDIX RVFA siue maior columbam exprimit, rostrum habet cocci colore, pedes minus rubent. Color cinereus per dorsum, pectus et caput decurrit. Oculorum palpebrae in marginibus rubent, ab iis linea nigra retro per collum tendit, inde reflexa per pectoris par-

tem supremam saepe circum facit, quod intra eam est, albicat.

PERDIX CINEREA seu minor Graecis ignota, ex descriptione Gesneri coloris est uarii nec descriptu facilis. Rostrum subfuscum. Caput e rufo fuscum, sinciput, partes circa oculos, proram capitis simpliciter rufa, collum et pectus cinerea exiguis maculis nigris quasi per uersus crispas et undantes interstincta. Dorsum, caudam et alas uarios colores prae se ferendo, crura ex fusco albicantia. Gregatim uolat, uere uero bimatum.

Perdix, quae sub DAMASCENAE nomine Aldrouando transmissa est, breuitate et crasfitie corporis ad perdices accedit, minor tamen est, rostrum habet prolixius, pedes quodammodo luteos. Nec tamen † Aeliani Syroperdix est, † Aelian. H. A. l. 16. c. 7. etsi magnitudo respondeat. Nec enim est nigra neque rostrum habet rufum imo illa mansuescit, cum haec semper in feritate perseueret.

PUNCTVM II.

De Perdice Alba seu de Lagopode.

Perdix alba, lagopus a pedibus ^{a H. A. l. 3. c. 12.} leporinis et uillofis, a Aristoteli, qui nullum animal praeter unum leporem pedes uillosos habere scribit, incognita, Hesychio et Phaurino *λαγώπιδος*. ^b Horatio lagois, nisi forte piscem Romae rarum et ideo carum, quod interpretes uolunt, intelligat, aliis *c* perdix petrosa dicitur.

Genera. Duorum autem sunt *generum*. ^d Plin. H. N. l. 10. Prius est columbarum *d* magnitudine, tanti candoris, ut a uenatoribus hoc solo, quod niues superet, uisu deprehendatur, pedes ^e Aldr. l. c. tamen *e* et rostrum nigricant, su-

percilia in mare inprimis rubent, collum maculis quibusdam nigricantibus perspergitur et radices pennarum nigrescunt.


Alterum nomine eodem a coturnicibus magnitudine tantum differens croceo tinctu, quod Aldrouandus perdicem Bellonii Damascenam seu Syroperdicem esse credit. Dorsum et colli colore gallinaginem aemulatur. Alae, quae corpori iunguntur, albas, fufcas et fuluas pennas habent, decem remiges cinereae sunt, pars interior et uenter albet et torquem in pectore rubro, fuluo flauoque coloribus constantem habent.

Descr-

Perdix cinerea
gra w Rezbun



Perdix ruffa



Lagopus Scabrae huius
Steinhue



Perdix Damascena



Coturnix mar



Lagopus alpestra



Hortulanus mar
Brach am sel



Ortygometra
wachtel König



Hortulanus Conger



Hortulanus famina



Aelian
I. A. 1.
6, 6, 7.



f Gef
in Or
nith.

Locu
g Plu
h. Sc

Vox.

Ingen
i Plu

Gener

a. Avi
de col
b. Cra
rus l.
Polon

c. Plu
N. l.
c. 23
d. Ar
l. 9.
e. Avi
Phys

f Gesner. in Or-nith. Describit et *f* Gesnerus aliud, quod per aestatem fuluescere et ne per hyemem quidem albescere dicitur.

g Plin. l. c. *h* Scal. l. c. *Locus.* Reperiuntur lagopodes in *g* Alpibus et Pyrenaeis *h* montibus inque summis iugis imminetibus ei ualli, cui nomen Arbusti, qua fauces aperiant iter. Ita uero frigore, niue et glacie delectantur, ut, ubi locis inferioribus liquantur niues, altiora et soli auersa prosequantur loca, in quibus nix perennat.

Vox. Vocem edebat, quam Gesnerus describit, ceruinæ non dissimilem.

Ingenium. Naturam si spectes, non extra i terram, in qua nascuntur, iis uesci facile, quando nec uiuae mansue-

scunt et corpus occisarum statim marcescat. Latent quidem homine conspecto eoque dissimulato sese motu prodere cauent, tanta iis fallendi similitudine niuis fiducia, sed tantæ etiam simplicitatis sunt, ut a uenatoribus *k* dispositam lapidum *k* *Stumpf.* feriem transire non audeant, sed *apud Aldr.* secundum illam, quasi secus murum insuperabilem decurrentes in decipulas incidant.

Vsus earum et in cibis est. Præcipuo sapore esse Plinius dicit. Saluberrimas teste *l* Scaligero Norici credunt gustu, subamaras *Scaliger. Exerc. 59.* Gesnerus reliquit.

NB. *Perdices Indicas uide in mantissa.* Num. 8.

ARTICVLVS XI.

De Coturnice Latinorum.

Genera. Coturnix Graecis antiquis ὄρνις, modernis ὄρνις et ὄρνις, Villanouano quisquilia, Gasio quaquila dicitur. Vnum duntaxat ipsarum obseruatum *genus.* Visâ tamen et alba, si *a* Aristoteli credimus et in campis *b* Rusficis et Podolicis uirentibus pedibus, quarum usus spammum inducat, inueniuntur. Notæ, quas suis ueteres tribuunt et in nostris reperiuntur. Paruæ *c* sunt, pedes *d* fissos et pinnas *e* duras habent. Theophrasto forte perdices nanae dicuntur. *Mas et foemina* distinguuntur, quod foeminae totus color quodammodo testaceus superius ad ceruicem, dorsum, caudam et alas ad mentum et pectus subluteus, ad uentrem fere albus. A rostro eius supra oculos et aures linea insignis longitudinis alba circulares aliquot maculas habens excurrit. Cauda pro proportione maior est. In mare rostrum magis nigricat. Supra illud capilli quidam extant. Collum lineolis albis intercurrentibus rufescit. Pedes minus lutescunt, digiti uero eorum ita constituti sunt, ut medius primo et tertio longe maior sit, posterior, quem pro calce habet, longe exiguus. In *internis partibus* singulare quid obtinent. Ossa ipsis du-

ra et solida. *f* *Ingluuiæ* et gula prope uentriculum ampla et lata. *Cor* *g* *τριβολον* seu muricis modo in tres *g* *Athen.* *culpides* diuisum. *Iecur* et *fellis* *l. 9.* conceptaculum intestinis adglutinata. *Fellis* ad intestina labentis canalem uix aspectabilem. *Testes* iecori subditos.

Quantum *ad locum*, Auerrhoes in Andalusia, teste *h* Galeoto Martio, *h* *l. de promiscua doctrina.* reperiri negat, in mediterraneis Galliae tractibus sunt raræ. In Delo, *i* unde nomen Ortygiae sortita est, ad finem *k* Arabicum, in superiore Aethyopia, Terra Sancta, Madera, Capreis magna ipsarum copia, ad Taenarion, quae nunc *l* Cerempolis tanta, ut hodie Porto *l* *Procop. l. 13. de bello Vandalico.* de Qualeis nominetur. In agrum Neopolitanum tanto numero ex Africa propelluntur, ut glomeratim saepe in aedes maritimas incidant et sine ulla difficultate capiantur. Migratorias esse aues omnes, Albertum si excipias, concedunt. Adueniendi habent tempora aestate depulsa. Cum maria tranant, impetus differunt et metu spatii longioris uires suas nutriunt tarditate. Vbi terram perfenscunt, coeunt cateruatim, deinde globatae uehementius properant, quae festinatio (sunt uerba *m* Solini *n* et Plinii) *ple.*

plerumque exitium portat nauigan-
tibus. Accidit enim plerumque no-
ctibus, ut uela incidant et prac-
ponderatis sinibus alueos inuertant.
Austro nunquam exeunt, nam me-
tuunt uim flatus tumidioris. Plu-
rimum se aquilonibus credunt, ut
corpora pinguiuscula atque eo tar-
da facilius prouehat sicciore et ue-
hementior spiritus. Ortygometra
dicitur, quae gregem ducit. Ean-
dem terrae proximantem speculatus
accipiter rapit ac propterea opera
est uniuersis, ut sollicitent ducem
generis externi, per quem frustren-
tur prima discrimina. Quod de
tempore dixit, erratum est, nisi de
terris tepidioribus aestate apud eos
depulsa intelligantur, quod de con-
tinuo uolatu cum malis et uelis in-
fedis se obseruauit o Bellonius, in
Delum saepissime delatas alii, in
Ponticis insulis requiescendi causa
paucos dies morari p Varro, falsum,
quod de nauigantium exitio uix
credibile nec tantam simul abire
multitudinem uerisimile, cum non-
nullo corporis pondere et uento a-
pto destitutae in locis apricis et te-
pidioribus remaneant. Austro nun-
quam exire falsum. Cum et r Bel-
lonius a septentrione in meridiem
tendentes, cum e Rhodo Alexan-
driam Aegypti nauigaret, obserua-
rit et Aristoteles austro tanquam
humido et graui moleste uolare pro-
diderit. Sed nec de ducibus inter
auctores conuenit. Aristoteles s
haec loca adeuntes sine ducibus
pergere abeuntes. Lingulacam,
otum, ortygommetram et cynchra-
mum duces habere, ab hac noctu
etiam reuocari scribit. Plinius id
t ad uentum transfert et de ducibus
ita: glottidem seu lingulacam initio
blandita peregrinatione auide pro-
fectam poenitentia in uolatu cum
labore scilicet subit. Reuerti inco-
mitatam piget et sequi nec unquam
plus uno die pergit. In proximo
hospitio deserit. Verum inuenitur
alia anno intercedente relicta, simi-
li modo in singulos dies. Cynchra-
mus perseuerantior festinat etiam
peruenire ad expetitas terras.

ol. s. de
Anib.
c. 20.

p Varro l.
3. de re
rustic. c. 5.

r Bellon. l.
3. de Anib.
. 17.

s Arist. H.
A. l. 8.
c. 11.

t Plin. H.
N. l. c.

Vidit granis milii, tritici et
aliarum frugum. In Capreis insulis
acinis herbarum, apud u Holandos
Bryoniae secundum Portam malo
Punico, femine cannabis, lolio et
tritico saginantur, sed et hellebori
femen x perinde ipsis cibus, ac stur-
no cicuta, quae hominibus uenena
esse creduntur, (ideo Plinius y ue-
neni semen dixit) seu recuperandae
sanitatis causa, cum epilepsia ten-
tantur, quod Aquae placet, seu pe-
culiari quadam naturae suae praerogatiua, concoctio enim non ui-
duntaxat caloris, sed tota uentricu-
li substantia perficitur seu, quod,
cum pertenuis habeant ad corda
penetrantes meatus, antea deuora-
tam cicutam concoquant, quam in-
de lethale gelu ad praecordia per-
uenerit, ut Diuus Basilus censet.
Aquam, simul ac bibere, turbant
seu, quod tali delectentur seu, quod
singularem cum camelis et elephan-
tis, quibus idem solenne, amicitiam
gerant.

Salacitas ipsis, quae z perdicibus,
saepius coitum repetunt et humi-
dulantur. Sunt, qui quotannis qua-
ter prolem edere uelint, bis in his,
quas petunt, bis in his, ad quas re-
uertuntur, regionibus. Ut ut sit, quo
loco pariunt, non incubant, ne quis
locum longioris temporis mora per-
cipiat. Sedecim oua cornicis simi-
lia, si Bartholomaeo Anglico cre-
dendum, excludunt, ex his pulli
foeminae rursus ad decem mense
Augusto pariunt. Vnde non mirum,
tantam coturnicum copiam et men-
se Maio incubanti insidiantem spem
centum et amplius perdere.

Volatus sunt modici, austro praerogatiua
fertim flante, cuius humiditas cor-
poris grauitatem auget, sed defe-
ctum cursu compensauit natura,
hinc Comestori currelii dicuntur.

Vocem mari Aristoteles ademit, Vox.
exilem Albertus credit, foeminae
crassam. Mensis Aprilis initio canere
incipiunt, num subito, cum ad nos
uenerint, dubium. Vox nemini nota
non est et ideo apud Athenacum
Pratinae placuit, ἡδύφωνον dixerit.
Sapientes olim pro gnomone ute-
ban-

u. 1. 1.

bantur, quod uerum cantu suo horoscopi emersum signare crediderint, cum in eo certum numerum seruet.

Pugna. *Pugnacitas*, quae auibus † durae pennae communis, in istis adianti usu *b* accenditur et occasionem, ut *c* Aristophanes Carcini Poetae filios *δρῦνας ἀκρογυεῖς* dixerit et *pugnax* *δρῦνις ψυχῆν ἐξευ* dicatur, dedit, fatis olim Athenis et alibi nota fuit, ubi ad certamen, tanquam ad gladiatores ludos effusissime conueniebatur et Solon pugnantibus spectandis tempus impendere iuebat. Nec ignota Neapolitanis hodie, aliquoties uictrix, duodecim saepe aureis uenditur. Augustus quoque tanti fecit, ut Erotem Aegypti praefectum, quod uicticem per contumeliam edisset, morte infami multauerit et Areopagitae *d* puerum, quod coturnicibus, quas comprehendere posset, oculos erueret, damnauerint. *Antipathia* ipsis cum *e* pelicano, sed et cum luna et sole exorientibus, si Oro credimus. His uisis terram fodiciant pupillasque identidem conscribillant.

Morbi. *Epilepsia* eas laborare experientia comprobauit, sed solas praeter hominem, quod *f* Plinius prodit, falsum, cum *g* Hippocrates capras et oues, Scaliger *b* canes, Rhodiginus *i* feles et arietem, Absyrtus equos, Brodaeus accipitres et gruculos eodem morbo uexari scribant. Quae de ingenio ipsorum Oppianus *k* et *l* Plinius, nempe aduerso flatu

ARTICVLVS XII.

De Ortygometra.

a Plin. l. 10. **D**e ortygometra, quam Plinius et Gaza matricem, Villano- uanus ethigometram, Scaliger *h* coturnicomatrem et uerius uocat, uix, quid certi dicendum sit, habemus. De forma nihil fere ab antiquis traditum est. Aristotelem *c* si excipias, qui palustribus auibus facie similem esse reliquit. Sed nec ex recentioribus quicquam certi conliges. *d* Scaliger non absimilem gallinagini,

pondusculis lapidum adpensis aut gutture arena repleto stabilitas uolare et, cum mare transuolant, singulas ternos ore lapillos ferre, singulos per interualla dimittere, sic, utrum mare tranarint, obseruare produnt, *τεταράδι και πτερας ποππυ* esse uidentur. Bellonius in naues lapsas aperuit et milium duntaxat reperit lapidum non obliturus, si aliquos inuenisset.

Vsus coturnicum olim in cibis apud quosdam nullus, *m* quod ueritate uescantur et comitali morbo laborent. Galenus *n* quosdam, qui edissent, in Doride, Boeotia et Thesfalia musculorum distentionibus conreptos obseruarit. Nos nihil tale sentimus, ut nec ex capris uel auibus quicquam, ex modico esu aslarum inprimis optimum pollicetur sanguinem Aldrouandus, ex immodico, pinguiorum inprimis, putredinalem febrem minatur. *Vsum* in medicina si requiras, *o* cerebrum ex unguento myrteo tritum et stanno uase repositum epileptico paroxysmo medetur, si faciem eo illeueris. Adeps cum pauco helleboro membro pudendi inunctus uenerem auget, cum melle, myrrha et chalcanto albo oculorum uitia conrigit. Cum zingibere tritus equorum oculos incolumes seruat. Caro inueterata porcorum et piscium escae immiscetur.

NB. Coturnicis genus exoticum uide in mantissa. N. 7.

magnitudine parem, colore tamen diluore, facie tota coturnicis esse et ab aucupibus matrem quae earum, ab aliis rascle dici scripsit. Bellonius duplicem *e* ponit. *Vnam*, quam rascle quoque nuncupat. *Alteram*, quam in genistis degere adfirmat, magnitudine ortygometrae nigrae, quam falso rallum nominat, colore rufo in alarum costis subrubente, in femoribus castaneo maculis albis

interfinito, capite perdici cinerae simili. Aldrouandus, qui aquaticarum hanc fere speciem esse putat, ut crura habeant oblonga, digitum, qui pro calce est, perbreuem, corpus gracile, plumas plerumque uarias, uentrem albicantem, caudam breuem, rostrum longiusculum modice flexum, auem, quam a Cardinali Paleotto acceperat quaeque

rostrum coturnice maius, caput, collum, dorsum et maiorem alarum partem testacei coloris, alas, qua uentrem contingebant, rufescentes, crura pedesque pro corporis portione longos, colore inter croceum et uiridem medio, obtinebat, pro ortygometra posuit.

ARTICVLVS. XIII.

De Cynchramo.

Cynchramus Hesychio cynchramas, a Aristoteli cynchramus, aliis cenchramus quoque dicitur. Quenam sit auis, inter grauiores non conuenit, etsi fere certum est, nec linariam miliariam esse, ut Ruellio placet et in sequentibus patebit, nec ex cenchritis auibus milio quidem pinguescentibus, sed aquaticis et ex anserum genere, nec cenchrin a uarietate punctorum milii instar dictum ex accipitrum familia. Gesnerus b Heluetius Brachvogel dictam fere esse putat, quae cruribus est proceris, rostro oblongo eodemque modice inflexo, quae autumnu auolat et tempore uerno cum coturnicibus redit et palustribus delectatur. Bellonio c est Gallorum le pruyer aut preyer, quae alauda cristata est maior. **R**ostrum habet breue, crasum, tuberculo conspicuum, ad instar ossis durum inferius cum superiore coniunctum foueam in medio efformans. **V**entrem pallidum et nigris quibusdam maculis distinctum. **C**ru-ra pedesque inter rubrum et castaneum media, posticum **d**igitum longum. **V**ersatur in pratis, hordeo et milio delectatur, nidos in agris auena et milio confitis exstruit et sex pullos excludit.

Vox ipsi tirtertirteriiz. **C**um uolat, crura contra aliarum auium morem pendere sinit.

Aldrouandus d hortulanum omnino esse credit, auem alaude magnitudine, at paulo minorem, cui rostrum, crura tota pedumque digiti rubescunt. **C**aput, collum et pedus in mare intercurrentibus punctis croceis flauis, in foemina partim flauis, partim uiridis sunt coloris, alarum pennae inter costales in utroque sexu flauo et nigro colore tinguntur, mas sub oculis ad latera maculam habet rotundam, intense luteam, quae in foemina non est.

Reperitur in agro Bononiensi et Florentino, ex milii esu uehementer pinguescit et magno numero depilata et scatulis adseruata Romam transmittitur ibidemque caro pretio uenditur, sunt uero et alia hortulanorum genera. **F**lauus nempe colore propemodum paleari, alarum costis et remigum pennarum extremitatibus albis. **A**lbis cygno ipso fere candidior et hortulano congener. **C**aput ipsi ex cinereo ad flauum uergit, collum cinereumnigris maculis punctatim distinguitur. **V**enter, crura pedesque crocea sunt. **C**auda tota fusca ad latera latefcens.

Albicilla, cuius cauda alba, caetera uulgaribus hortulanis similia, color duntaxat in omnibus pallidior.



De Auibus pulueratricibus domesticis.

ARTICVLVS I.

De Gallo Gallinaceo.

Gallus gallinaceus Gr. ὄρνις ἀλεκ-
τρωῶν, ἀλέκτωρ, βρητός, κικίρρος,
κοκκοβάας ὄρνις, κόρυθων, κόπτος, κρο-
κίας, κοτίνας μηδικός, ὀλοφώνος, ὄρθρο-
βάας, ὄρθαλίχος, περσικός ὄρνις, σέρκος,
σέλκος, αἰδος ὄρνις, Latinis cohorta-
lis auis, lucis, cristati oris etc di-
citur. Gallinam ἀλεκτριαναν, ἀλεκ-
τριδα, κίκκαν, ὄρθαλίδα, cortis auem,
mylagridam adpellauere. Νέσσοι,
νικρακίς, ἰπποί, νιοττίδες ὄρθαλαχοί
pullorum sunt nomina.

Generatio. Differentiae ipsarum sunt uariae,
quae a locis, uoce, integumento, par-
tu et incubatione sumuntur. Ha-

al. 6. H. A. c. 1. *adrianarum* gallinarum Aristoteles a
mentionem facit, quae pennae uer-

b Athen. Dipnos. l. 7. ficolis cotidie pariunt, sed pul-
los interimunt, quas b Athenienses
alere studebant quaeque uel sunt

c. 10. c. 53. et 56. eadem cum nanis et pumilionibus
seu c Plinii, quibus certa foecun-
ditas rara et incubatio ouis noxia seu
Columellae, d quae, etsi uetustae pro-

d Columella de re rustica l. pter infocunditatem improbantur,
pluribus tamen locis foecundae re-
periuntur et oua plurima edunt uel
cum Longolii parturientibus seu
Leyhennen, quas uersicolores et ro-
stro longiusculo facit. Pumilas enim,
quae passim extant et claudicando
potius, quam incedendo per ter-
ram reptant, nemo istis ad censue-
rit. Sunt et Tanagraeae, Lydae,
Rhodicae, Chalcidicae, Medicae
et Alexandrinae. Ex Tanagraeis
galli inprimis probabantur, alii μά-
χιμοι seu pugnaces dicti, alii cosyphi
et merulae dicti, qui Lydas e ma-

e Pausanias in Boeoticis. gnitudine aequabant, coruis colo-
re similes, paleariam et cristam in-
star anemones nec non candida et
exigua in rostro supremo et caudae
extremitate signa habebant. Cum

f Varro de Re rustica g Columella. omnes a praeliis f commendentur
et amplitudine pares sint, g facile
eiusdem generis esse suspiceris, for-

te et cum Longobardicis, qui pe-
dibus usque sublati incedunt, plu-
mis ex auro fuluis teguntur, eosdem.
Patauinus Hermolaus et Longolius
dixere, sed, quia cauda destituuntur,
quod ueteres in suis non reticu-
issent, uix est credibile. Sunt
et in regno Senegae gallinae Pha-
raonis dictae, in regno Tarnasfari
nostris triplo maiores. In Iamaica
insula h pauonibus nec magnitudi-
ne nec sapore cedunt.

Reperitur et prope Thesaloni-
cum i genus quoddam gallinaceo-
rum perpetuo mutum nunquam fa-
miliarum his alitibus cantu uocale,
Nonnullae quoque sunt lanigerae,
ut in quadam Orientis urbe et niuei
coloris, in regno Mangi pilis mo-
re felis nigris uestiuntur. De reli-
quis suis locis agemus.

Quantum ad formam, gallum *Forma.*
gallinaceum alucone scilicet maio-
re minore prodidit k Aristoteles. k *H. Al. 9.*
Soli fidipedum altitium colores di-
uersi sunt et nitorem hunc si atten-

das, maiori speciositate, quam †† *Laert. in Solonc. l. Plin. H. N. l. 10. c. 17. Arist. H. Al. 2. c. 8.* Laert. in
Croesus uestiuntur. l Spectatisfi-
mum insigne ipsis, corporeum fer-
ratum nec carnem id esse nec cal-
lum iure dixerimus, uerum peculia-
re. Cristam Latini *Φοινικολοφον*,
κυρβασιαν uel κυρβασιαν, κορυφην et

λόφιον Graeci dixere. Semper est
exerta et rubens, dum integra sani-
tate fruitur et mirum de ea Herber-
steinius. m Cum cuidam in Mosco-

m In itinere Mosconisico. uia frigore iam fere enecto abscisa
fuisset, sibi restitutum erecto sta-
tim collo cantasse. Plicabilem gal-
linae obtinere et per medium ca-
put deorsum dependentem. Ocu-
los omnes habent splendidos, sala-
citatibus indicium. Paleae (Aristote-
les κάλλαιον ob purpureum floridum-
que colorem uocat) ex rutilo albi-
cantes sub mento et collo, uelut
inca-

h Petrus Martyr in Decadibus. i Aelian. de Anim. l. 15. c. 20.

Forma. cap. 8.

†† Laert. in Solonc. l. Plin. H. N. l. 10. c. 17. Arist. H. Al. 2. c. 8.

m In itinere Mosconisico.

incanae barbae dependeant. *Rostrum* robustum, in superiori parte aduncum, coloris plerumque cornei uisitur. *Caro*, quae rostrum undique cingit, nonnullis mentum. Columellae gena est. *Iubae* (sic longiores caeteris plumas Columella dixit) collum et cervicem undique ambiunt. Vel pectus uel pars uentris posterior *nauis*, a qua pullum aperiri iubet *n* Apicius, uocatur. *Cauda*, quam *ορεαν* Hesy-chius uocat, maribus maior, quam foeminae, binae longissimae incurui arcus imaginem propter teneritudinem prae se ferentes in foeminis sunt, quae capis faginandis sub cauda euelluntur, pinguefactorias Germani dicunt. *Calcaribus*, quae *πληκτρα* et *κέντρα*, armantur mares inque iis in magnam quandoque molem excrescunt, sed et gallinae, cum mares uicerint, cucuriunt, crista etiam caudaque erigitur ita, ut difficile sit, an sint foeminae, cognoscere, nonnunquam calcaria parua, errore ne naturae an opere ignoro, iis enascuntur. Plinius *o* gallinas probat imparibus digitis, aliquando et super quatuor transuerso uno, Columella quinque, ita tamen, ne cruribus emineant transuersa calcaria, sed haec ad oconomiam spectant. *Internarum partium* ista est ratio. *p* *Ossa* habent consistentiam laxam, cauam et leuem. *Ingluuius*, quae *πρόσθως* et *q* *Aristor.* *φύσκη*, uentriculo *q* praeposita est. *H. A. l. 3.* Appendices habet infra, qua definiunt intestina, ut uere ultra uentriculum esse *r* Plinius scripserit. *Plin. H. N. l. 11. c. 37.* Pellicula intra uentriculum stercorei destinata echinus ab aspredine dicitur. Dioscorides *κοιλίαν* uocauit. *Testes* gallinaceis sunt sub iecore, foeminae supra caudam. Uterus ex descriptione M. Antonii Vlmi duplex habet foramen. Infernum, per quod ouum ad externa respiciens iam perfectum egreditur, supernum et internum, per quod sub septo transuerso inchoatum ad formam perfectam suscipiendam ingreditur. Totus in parte sinistra ad spinam situs est, dextram abdomi-

nis et centrum intestina obtinent. Exitum ipsi in superna ad spinam desinente parte dedit natura, quia animalia supergressu coeuntia instrumenta in proximo habere oportebat, in inferiore podicis ad uentrem positus, quia infra illius est officium. Uterque tam proxime cute, quod praeputium dixeris, et musculo sphaericae figurae, ut extensioni magis accommodi essent, obteguntur, ut arctissima conuiuentia sensum ipsum aliquando fallere possent. Uteri substantia membranea et crassa est, figura concaua, trium digitorum longitudine, qua ad exitum pertinet, latior. Porrigitur ab infimo abdomine iuxta ipsorum intestinorum exitum ad locum conceptionis ouorum sub septo transuerso estque, cum extenditur, longitudine dodrantali, cuius longitudinis ratione membranam obtinuit a spina dorsi proportionalem omnino ac persimilem intestinorum mesenterio, quam et uenae frequentes percurrunt, cum ad nutritionem ipsius uteri tum ad ouii intrinsecus contenti, dum pertransit a loco sub septo transuerso ad ipsius uteri exitum, alitionem. Membrana autem (uerba sunt Vlmi) spinae conligans eadem prorsus existit ipsi mesenterio intestinorum, quin imo eadem est et substantia et origine, quapropter consensum habet uterus cum ipsis intestinis. Figura uteri inaequalis, alibi angusta, oblonga, alibi lata, breuis iuxta hanc uarietatem, uaria quoque fortiri nomina debet. Nam uteri latitudo infimo abdomini proxima et, in qua ouum iam absolutum continetur, estque ipsemet uterus, reliquum uero corpus angustum, oblongum, rotundum, quod ad septum transuersum extenditur, uel *uteri stomachus* uel *uterus productus* extensusue uel *uteri gula* nuncupari posset. Est autem membranea et tenuis, admodum diuersa a reliquo utero protenso et a substantia ipsius uteri, qui ad exitum iacet. Nam finis hic membranous subtilis et pellucidus existit
ac

n. l. 6. ult.

o Plin. H. N. l. 10. c. 56.

p Galen. l. 11. de usu partium.

q Aristor. H. A. l. 3. ult.

r Plin. H. N. l. 11. c. 37.

x Aristor. H. A. l. 3. ult.

y Aristor. H. A. l. 3. ult.

ac ex sanguis. *Intestinum* quoque *uteri* ratione figuræ et quantitatis, cum cum longitudine rotunditatem cauernosam habeat, merito diceretur. Cui accedit membranæ occasio hanc uteri extensionem uel productionem spinæ conligantis, quod *mesenterium uterinum* adpellamus. Intermedia pars uteri, quæ est illius portio ab utero proprie dicto, finem interiaccens crassam obtinet substantiam, albam, lacti similem et in semetipsam confidentem, cuius mesaræon multiplices uenas habet. Huius substantia cocta oui albuminis gustu saporem exhibet.

De uictu non est, quod multa dicamus. Præcepta saginandi ad oeconomiam pertinent. Vuis et sicubus impense, sed infeliciter uescuntur. Steriles enim euadunt et pituitosi, si uel semen s cannabis adposueris, numerosorum ouorum partu gaudebunt, si uel hordeum semicoctum uel nasturtii semen cum fursure et uino subactum exhibueris, maiora deponent, ad saginandum triticum cum aqua coctum, potu interdicto, tum cytissus uehementer laudantur.

Quantum ad *generationem* et, quæ ei adhaerent. *Sexus* in hac aue manifestis signis distinguitur et mas erecta crista, iuba a ceruice per collum dependente, cauda maiore et insigni ad praeliandum calcari superbit. *Salacitatis* uero sunt inexhaustæ. Nam etsi peculiare ipsis coeundi tempus uernum esse, unde maiores forte tum testes, Aristoteles innuere uideatur et ad unum ouum foecundandum multoties u cum eadem gallina gallus coeat, quin et quidam effoeminata primo ortu nascuntur, ut nec cucuriant neque foeminas ineant et y Theophrastus agrestes cortalibus ad uenerem procliuiiores dicat: certum tamen simul, singulis diebus quinquagesies et amplius uxores suas gallum inire, si eas mori contingat, moerore animi interdum contabescere, si illæ desint, ne a masculino quidem genere sibi z temperare, unde lege a uiuicomburio da-

mnabatur, alias non sui generis uolucres, phasianos nempe et perdices adgredi et semen b ad gallinam et conspectum et uocem emit-tere. Quin nunquam c, qui in aede Herculis pascebantur, ad gallinas, quæ in Hebes, interfluente utramque aedem riuo perenni, transuolabant, nisi cum libidinis uexabantur stimulis. Non aequè tamen salaces omnes, lacertosi, rubenti erectaque crista, rostro breui, pleno, acuto, oculis raris aut nigris, palea rubra, collo uario, feminibus pilosis, unguibus longis, cauda magna, frequentibus pinnis, profusissimi in uenerem esse creduntur. *Coitus* tempus mari statim ac a cubili surgit, foeminae, progresso iam die, superueniente illo, confidet ista humi, a coitu d inhorrescit, saepe festuca aliqua se lustrat et uapore per libidinem excitato membra extendente sese excutit. De partu et ouis ne hoc caput nimia mole legentes perturbet, in sequentibus separatim dicemus. *Animales actiones* quod spectat, quia gallinae unico oculo sursum eleuato rapaces aues obseruant, uisu, quia aridissimum quodque, modo id ore recipere queant, illico diiudicant, e gustu pollere uidentur.

Vox gallinae mutabilis. Circa partum u u u u seu singultit, dum incubat, glocit seu gloccitat. Cum iniri debet, mancam et exilem uocem format, in genere gracillare et pipare dicitur. Cantus pro malo omine accipitur et inter obstetricum numeratur obseruata. Galli prope Thesfaloniam nullam habent, apud nos grauiorem, sed uere a πωδον, qui nec choro nec fidibus concordat, aδου et cucurrire solent. Vigiles hos nocturnos excitandis in opera mortalibus firmo pendoque somno natura genuit. Norunt sydera et ternas distinguunt horas interdum cantu, cum sole eant cubitum quartaque castrensi uigilia ad curas laboremque reuocant nec solis ortum incautis obrepere diemque uenientem nuntiant cantu, ipsum uero cantum plausu laterum

u Oppian. in Exeu-
tic.
x Arist. l. 9. c. 49.
y apud Athen. l. 9.
z Ael. l. 4.
a Plur. in
l. nam
bruna
ratione
uianitur.

b Athen. l.
9. Dipnos.
c Aelian. l.
7. c. 46.
H. A. l. 5.
d Aristot.
H. A. l. 5.
e Scalig.
Exerc.
266.
Vox.
f Plin. H.
N. l. 10.
g. 21.

terum, hinc *ἡμερῶν* et lucis prae-
nuntius dicitur et ueteres gnomo-
nibus horariis destituti noctis deli-
quium et diei accessum eo metiri
solebant. Matutinum cantum qui-
dam alimenti desiderio, (auide ani-
mal calidissimum nutritur,) alii sa-
laciitati (initurus cucurrere incipit,) nonnulli aurae mutationibus, quae
ex solis contingunt motibus, multi,
cum et fatur et a coitu canat, oc-
cultae cum sole amicitiae uendi-
cant. Qui profunda nocte ualidius,
mane remissius cantare putant, can-
tum uento ferri, uentum noctu mag-
is, quam sub crepusculum spirare,
sic gallum longius audire, opinan-
tur. Muti euadunt, si uel circum-

g *Plin. H. N. l. 29. c. 4.*
e sarmentis g callo addideris uel caput et frontem oleo inunxeris, si Plinio et Alberto credendum.

Singularem iis inesse *fastum* tum inde conligi potest, quod imperitant h *Plin. H. N. l. c. 21.* h suo generi et regnum, in quacun- que domo sunt, exercent tum, quod nullam i ineundi sui absque atro- cissimo certamine copiam faciunt tum, quod aedes † ingressuri sese, ne scilicet crista usquam offenda- tur, inclinent.

Pugnacitas nulli est ignota. Eius spectaculum, quo Miltiades Graecos in Persas felicissimo successu animauit, Socrates Iphicrati duci animos adiecit, Themistocles exercitum contra Persas ducens instituit, Pergameni quotannis celebra- uere. Eo Tarnasari Indiae popu- li Ambtuariti, k apud quos per octo dies summo partium studio in curia quotannis committuntur, Galli, Angli hocce tempore dele- ctantur. Accendi et l allio, unde *ἑσνοποδισμένον*, polytricho, m tricho- mane et adianto forte, quod crista n galli quodammodo aemule- tur, dicuntur, apud ueteres stimu- lis ferreis aeneisque, quos plectra uocant, armabantur, ut se facilius tutarentur in pugna. Nec haec caret singulari artificio. Videre est

k *Becan. in Gortodanicis l. 7.*
l *Rhodig. Ant. Lett. l. 16. c. 13.*
m *Plin. H. N. l. 22. c. 1.*
n *Porta in Phitognom.*
o *August. l. 1. de ordine Polittian. in Rusficis.*
ibi o intenta proiectius capita, in-
flatas comas, uehementes ictus, cau-
tissimas euitationes et in omni mo-
tu animalium rationis expertium ni-

hil non decorum. Si ex certamine p uictoriam reportauit, tum oculo- rum eminentia tum ceruice erecta simul et cantus contentione ino- lenter effertur et triumphantis simi- lis est, uere *Ἀπεως νεοττος* Martis pul- lus.

Victus ideo non canit, quod ex illa mala pugna spiritus fracti uocem supprimunt. Cum offensionis uerecundia confusus in primam quamque latebram sese occul- tat. Ad *sympathiam* et antipathiam, quae sequuntur, pertinent. Quod de gallinis circa praesepia q deci- dit, immistam pabulo necem bobus adfert. Porphyriorem tanto amore gallum prosequutum, ut hoc occi- so ille inedia perire uoluerit, Ae- lianus r oculatus testis est. Apes

deficiente cibo gallinarum carni- bus et uuis passis refocillantur. Leo gallum et maxime album, ut Am- brosius placet, metuit, quem ex can- tu a longe, ex crista propius agno- scit seu ob occultam quandam cau- sam, nam a leonibus et pantheris ho- mines non adtingi, qui iure galli per- uncti fuerint, maxime si ei allum admisceatur, t Plinius uere an falso prodit seu, † quod sint

... gallorum in corpore quaedam femina, quae, cum sint oculis immi- sa leonum, pupillas interfodiunt etc.

Basiliscum, cum cucurritem au- dit, adeo tremere dicunt, ut emori- atur. u Sic in Cyrenensium arenis ab itinerantibus abigitur. Vulpes una nocte quadraginta interdum et amplius aufert. Voce mustellae gal- linae sero exanimantur. Super- uentu uero eorum, qui serpentis uel canis rabidi morsu laesi fuere, incu- bitus uitiantur. Eo tamen die, quo peperere a serpentibus non laedun- tur et caro earum tum a serpentibus morsis remedio est. Florem uitis si comederint, maturescantium uua- rum esu abstinent. Ex sambuco ma- gis canoram buccinam fieri pastor credit, si ibi caedatur, ubi gallorum cantum frutex ille non exaudiat seu, quod in locis syluestribus, in quibus gallorum cantus non auditur, sic- ciora

† *Plin. Hist. Nat. l. 29. c. 4.*
† *Lucret. l. 4. de Nat. mirat.*

u *Aelian. de Anim. l. 3. c. 31.*

f *Scal. Exer. 277. f.*
g *Porp. l. 3. m. a. 100.*
h *Aeli. de Ani.*

ciora set solidiora ligna nascantur, ex talibus tibia magis sonora tor-
netur seu et ob aliam causam. Nam obstreperam galli uocem stridore suo fungosam sambuci materiem conuellere uix uerisimile fuerit. Denique taxi baccis quidem impune z uescuntur, sed sparti semine et hominis, qui helleborum bibit, excremento, ut Auicenna testatur, intereunt, si, cum incubant, a tonuerit, oua pereunt et semiformes pulli interimuntur. Auro liquefcenti si gallinarum membra misceantur, consumunt id in se, ita hoc uenenum auri est, falso scripsit b Plinius et ab experientia c confutatur.

Morbi gallis peculiaries phtiriasis er pituita. Hac inter messis et d uindemiae tempus et, cum ficus ac uua immatura ad satietatem e permisita est, laborant. Aqua, in qua origanum maduit, praeseruantur, restituuntur sanitari, si uel urina rostrum ablueris, membrana, qua tum lingua obducitur, leuiter unguibus auulsa, uel scillam in aqua maceraram cum farina exhibueris. Aphtiriali maxime, dum incubant, infestantur, si arena litorali uel saponariorum e lixiuio relicto cinere cura mulierum sese puluerent, liberantur. Solent et cum abortu confistari, qui oui candido asfato cum uuis passis tostis aequo pondere tritis et ante alium cibum exhibitis praecauetur. Pulli facile podagra tentantur, si steruus pedibus eorum adhaereat, quanquam, an galli, quibus calor multus, cibi abstinentia non minor, f ea laborent, dubitetur. Capris sane, quibus pusillus calor et edacitas multa, familiaris est.

Ingenium. Quae de ingenio dici poterant, superius sunt adtacta, singulari familiam amore prosequi et, simul ac aliquid escae nactus est, gallinas et pullos ad uescendum inuitare, easdem contra miluos defendere, parientibus g foeminis condolere et moerorem exili testari uoce, luna exoriente h laetari et, quod summa admiratione dignum est, cum sese

sanguinis copia adgruari sentit, unguibus sanguinem ex cristis prolicere, sic plethora leuari, helxine se herba purgare adiecisse sufficiat,

Nec omittendum, gallos, si tempore pluuiae canant, serenitatem, si noctu citius, quam solent, aeris mutationem et uentum, si paulo post solis occasum uel a uespertino crepusculo insolentes in raucifonum cucurritum non sine alarum motu prorumpant, k tempestatem praedicere. Scilicet, auster uocalia instrumenta replet, ea sarcina, dum se per motum exonerare uolunt, ad cantum insolito modo stimulantur. Sed et gallinae, si uel mane exire recusant uel pediculos quaerant et paludes more anatum alis uerberent uel pectora rostro purgent uel in arena ultra solitum sese concutiant uel in principio pluuiae locum oportum quaerant, imminentes imbres maximos praesagire creditum est. Tempestiue ferendum esse mouent, si pennas, cum deplumantur, ut ante hyemem solent, a capite amittere coeperint, serotine, si a posterioribus.

Vsus harum auium in cibis frequens et ab omnibus laudatur, faginatarum imprimis. Ideo hoc primum l antiquis coenarum interditiis exceptum inuenio iam lege C. Fannii annis undecim ante tertium bellum Punicum, ne quid uolucrum poneretur praeter unam gallinam, quae non esfet altilis, quod deinde caput translatum per omnes leges ambulauit. Inuentumque diuerticulum est in fraudem earum, gallinaceos quoque pascendi lacte madidis cibis, multo ita gratiores adprobantur. Nec tamen in hoc mangonio quicquam totum placet. Pertinax m Imperator lumbos amicis mittebat et dorso laganis n sunt similes. Mesalinius Cotta cristas cum palmis pedum et anseribus torrere atque patinis condere reperit. Cerebrum assum cum pauco sale et pipere editur. Iecinora inter omnia edulia Cardanus celebrat. Ventriculus si concoquatur, o uberrime nutrit. Intestina, quae et gigleria uocabantur, cum aliis

i Plin. H. N. l. 8. c. 27.

Praesagium.

k Aelian. de Animal. l. 7. c. 7.

Aldr. Ornith. l. 14. c. 1.

Vsus.

l Plin. H. N. l. 10. c. 50.

m Capito- lin. in ui- ra eius.

n Athen. l. 14.

o Galen. l. de cib. bo- ni et mala succi.

Plin. H. l. 10. c. 20. Iuan. de m. l. 4. 9. Fur. z Dioscor. l. 4. c. 75. a Arist. in H. A. Plinius in H. N. b Plin. l. 29. c. 5. H. N. c Scaliger. Exer. 88. Morbi. d Plin. H. N. l. 20. c. 6. e Columel- la de re rust. f Sciliger. Exer. 277. f. 2. Ingenium. g Porphy. l. 3. n. 1. a. 1. h Aelian. de Animal. c. 31.

aliis quibusdam rebus incocta edebantur. Testes apud Bononienses Calend. Augusti comedere solemne est. Vropygium inter militares cibos a Gallis computatur. Erant p Galeni tempore, qui et sanguinem gallinarum edebant. Apud Aegyptios q nigrae arte certa saginatae in familiari sunt usu. Ius foeminae in balneis potant, sic pingues euadunt. *Apparatum* pullorum conchialatorum, parthiorum, oxazoniorum, laferatorum, cum cucurbitis elixatorum, uarianorum, frontonianorum, tractogalatorum, farfilium, leucozoniorum et his similia in Apicio uide, ex quo multa Aldrouandus desumpsit. Olim tamen, qui morbo r sacro laborabant, galli carnibus abstinebant. Britannis s olim nefas gallinam gustare, hodie in Socotora insula eandem contingere religio est.

De usu in medicina quis unquam dubitauerit. Inde olim superstitione Aesculapio immolabantur nec quisquam fere est morbus, cui depellendo non adhibeantur. Reperti, qui exorbili ouo ter quaterue excreuerunt, si Brafaelo fides. Febrientibus albumen ouorum in

aqua concussum exhibuit t Hippocrates. Testes in hectica u commendantur. Cerebrum gallinarum in tremore et narium fluxu. Melancholicis gallina nigra per medium dissecta bene supra caput imponitur. Sunt, qui gallinae penam in aceto intinctam ad somni profunditatem conferre tradunt. Ius galli ueteris asthmaticis prodest. Stercus album galli ad occultas anginas commendatur et certo uomitum educit nec male in colica exhibetur et cum oleo et nitro mixtum clauos pedum sanat. Membrana uentriculo subdita cornu similibus trita stomachicis feliciter exhibetur. Iecur asatum ileo resistit. Marcellus denique Empiricus prodidit, osciculum extremum ex ala gallinacea cochleari terebratum nodisque septem litio ligatum atque ita brachio uel cruri eius partis, quae inguina habet, suspensum iis mirabile remedium exhibere. Pro colophone notandum est, quod Caelius Aurelianus reliquit, quemdam a gallo pugnantem leuiter laesum in rabiem incidisse.

AD ARTICVLVM I.

APPENDIX I.

De Gallinarum Ouis.

Dupliciter gallinam oua concipere, per se nempe et ex congressu consistans fere ueterum et recentiorum est sententia. Priori concipiuntur modo, quando mare absente desiderio ipsius proiciunt intra sese a semen gallinae, sic, tanquam maris initum pascae esent, praegnantes fiunt. Excitat ingentem in partibus genitalibus prurimum seminantis materiae abundantia, quam mutua inter se libidinis imaginatio auget, sed et, si tempore certo suauiter adtrecentur, eadem motis attrectatione humoribus faciunt, ut haud falso etiam puluere concipere Plinius dixerit. Accedit uentorum austrinorum autumno et uere auxilium. His flantibus

aves multiparae loca ani, per quae concipiunt, obuertunt, iis ad libidinem concitantur. Continuus caudae ut motus semen, quod copiosum nec menstruorum discessio ulla ad matricem adtrahit. Hinc a uento concipi d aliquando creditum. Haec oua *σπυρμα* seu subuentanea et zephyria dicta sunt, ut e cy-nosura et urina illa, quae aestate ab humore contento inutili generantur. Neque tamen omnino inania credas. Omnes enim partes habent minora *γυνεα* liquidiora, minus suauia et infocunda per se a superueniente gallo foecundantur. Nec obest uel ex luteo in album mutatio, ut Aristoteles credidit uel utriusque a membrana ambitus. Ex albumine enim

p Galen. l. 3. de aliment.

q Alpin. l. 3. de Medic. Aegypt. c. 16.

r Hippocr. l. 1. de morbo sacro.
s Caesar. l. 5. de bello Gallico.

a Aristot. H. A. l. 10.

e Arist. H. A. l. 6. c. 2.

Hippocr. l. 3. de morbo u. Tral. lian. l. 12. c. 5.

f Arist. H. A. c. Aldrou. Ornith. 14. c. 1.

d Varro R. R. l. 2. c. 1. e Arist. l. 6. H. A. c. 2. Scelig. in l. 10. Aristot. Hist. animal. c. 6.

stae cavitatem habere Elluchafis prodidit. Vidit et Gesnerus aliquando, cuius putamen ab altera parte extrema in angustum, uelut collum instar cucurbitae se conligebat. Vnum sphaericum ad columbarum uix accedens, alterum anserino haud minus plicis rugisque insignis in Aldrouandi museo referuabatur. Caeterum *ponatue et galus oua*, inter doctos quaeritur. Nonnulli decrepitum et ad coitum ineptum septimo, nono aut ad summum decimoquarto aetatis anno pro uirium uel imbecillitate uel robore ponere aiunt. Ortum id putrefacto intus femini debet uel ex humorum colluio conflatur. Editur sub caniculae exortum, quod tunc maxime ab ambientis calore expultrix languida in alite decrepita iuuetur. Visum in Imperati museo oblongum, ab Aldrouando

rotundum, colore modo luteo, buxco, flauescente, lurido, sed et quoddam ruptum, uitello omnino carere dixisset. Quin et Lemnius Zirizaeae duos annos Gallos non tantum ouis incubasse, sed et aegre fustibus ab illo opere abigi potuisse reliquit. Confracta tandem oua et strangulata a ciuibus gallus, quod, ne basiliscus excluderetur, metuerent. Et haec est quorundam opinio. Ouo simile aliquid ex conglobata intus putri coeretione in ultimo senio, cum non amplius coit, concipere uerisimilius est, at ouum cum testa non magis excludere potest, quam uir foetum, cum parere non didicerit. Basiliscum ex eo produci imprimis, si rubeta incubauerit, nugae, testa carere et adeo durae pelliculis esse, ut fortissimis ictibus resistat, fabulosum.

APPENDIX II.

De Generatione Pullorum.

Absoluta ouorum historia, de generatione pullorum aliquid nobis dicendum est. Horum uero principium ueteres Graeci et inter eos Alcmaeon Crotoniates et Hippocrates Cous in uitellum, nutrimentum in albumen coniecere. Recentioribus contrarium sentire placuit. Ex albo liquore oui corporatur animal, uitellus alimento destinatus est *καὶ τοῖς αἰσθημένοις τῶν μορίων ἐντεῦθεν ἡ αὐξήσις*, inde membris subinde constituendis incrementum administratur. Et certe pullo iam constituo saepe uitelli pars extat et, cum albumen *πυρρῶμενον*, ignitum, quod incubatione fit et foetu, *κερὸν solidum* fiat, luteum *ἐν τοῖς πάγοις πήγνυται θερμαιόμενον ὑγραίνεται*, gelu duratur et coit, calore humescit. Excluduntur incubatu uel *αὐτόματα* in terra. Nam in Aegypto et defodiuntur in fimo terra obruto et turmatim fornacibus Cairinis excluduntur. *Αἰ. 6. 6. 3.* si podeunt. Syracusis potatorem quendam ouis sub storea humo stratis tamdiu potare nunquam opera

intermisia solitum fuisse, dum excluderentur, proditum est. Liuiam ouum in fimo exclusisse apud Plinium legitur et uas, in quo absque gallinae opera excluderentur, a Porta descripsit. Oblonga et acuta excludunt foeminam, obtusa rotundaque ab ea parte, quae acutior esse solet, marem. Incerto id argumento ab Aristotele proditum, contrarium apud Columellam legitur. Dies ter septem exclusioni adscripsit Philosophus, minuuntur, si tepidus aer accesserit, *ἢ πέψις θερμότης τις*, concoctio calor quidam est, sed et deprauantur aliquando nimio et urina euadunt, *ὡσπερ οἱ ὄνοι ἐν ταῖς ἀλσίοις ὀξύνονται, ἀντιπροσέτης τῆς ἰδύος*, quemadmodum uina faece subuersa in calore acescunt. Formationem et quomodo alimentum pullus factus adsumat, diligentissime exposuit Aristoteles, hunc Aldrouandus secutus sequentia nobis reliquit, quae ipsius uerbis proponemus. *Secundo* inquit ab incubatu die, luteum obseruauit deferri ad

*Arist. l. 3.
de Gener.
c. 2.
Hippocras.
de Natura
pueri.*

*Arist. H.
A. l. 6. c. 3.*

ad cacumen aliquo pacto alteratum et in medio quasi subalbidum, cuius rei in primis Aristoteles non meminit. In aliqua uero parte albuminis, quae pariter erat alterata, semen galli adparebat, quod tres illas uidebatur obtinere qualitates, quales iam ante diximus. Tertia die ablato putamine in parte oui obtusa uidi albumen et reliquam substantiae oui partem in superiori putamine separatam. Receserat autem albumen aliquantulum a putamine, quemadmodum fieri uideamus in ouis omnibus, quae minus recentia sunt. Hinc Plinius oua schista adpellat tota lutea, quae triduo incubatu tolluntur. Vocat autem schista teste Hermolao, quia diuidantur et discedebat vitellus a candido. Videbam item manifeste admodum membranas illas tres, quas ouis in se ex Alberto dixi et ex Aristotele etiam conligitur neque uerum est, quod secunda eorum sit recenter genita. Si enim illud ita esset, minime in ouis nondum incubatis conspiceretur. Inest autem et his, ut etiam uidi, sed albor in incubatis calor causa. Eadem die vitellus uidebatur uersus oui partem acutam atque hoc est, quod dicebat Philosophus. Effertur per id tempus luteus humor ad cacumen, ubi est oui principium, nam ibi est maior calor et uis spermatis. Adparebat etiam in albumine exiguum, uelut punctum saliens estque illud, quod Philosophus cor statuit. Ex eo uero euidenter admodum uidebam enasci uenae trunculum et ab hoc duos alios ramulos proficisci, qui meatus illi fuerint sanguiferi, quos ad utramque tunicam ambientem vitellum et albumen protendi ille dixerat. Sum autem omnino eius sententiae, ut eiusmodi uias credam esse uenas ac pulsatiles sanguinemque in iis contineri puriorem, principium membrorum generationi, iecoris nempe et pulmonis similemque idoneum, adeo ut recte dixerit Philosophus, tertia die signa adparere, an oua foecunda sint futu-

ra, licet eiusmodi obseruatio in maiorum auium, utpote cygnorum, anserum ac id genus aliarum ouis locum minime habeat. In eiusmodi enim, ut idem Philosophus testis est, paulo tardius ea signa adparent. Quarta die bina uidebantur puncta et quodlibet eorum sese mouebat, quae haud dubio cor et iecur fuerint, quae uiscera in ouis triduo incubatis idem dixit. Adparebant item duo alia puncta nigricantia, nempe oculi et iam luteum manifeste ad acutam oui partem, ubi maior calor est et spermatis uis sese receperat. Trahitur autem a spermate illud pro carnis generatione, ut in omnibus animalibus fit, quae sibi simile generant. Quinta die non amplius punctum illud, quod cor esse diximus, extra uidebatur moueri, sed obtegi ac conoperiri et duo illi meatus uenosi euidentiores conspiciebantur, alter uero maior altero nec uerum est, quod Albertus scripsit, adparere in tunica illa, quae albumen includit, nisi forte id de tertia tunica seu secundaria dixerit, cui euidenter uenae insunt, nam alioqui in illa nullius uenae uestigium inerat. Harum uenarum insita uel reliqua albuminis portio quasi in palearum colorem immutatur. Videbantur etiam ramuli ad locum tendere, in quo caput formatur, eo scilicet puriorem materiam, a qua caput, ac in eo cerebrum fiat, una cum uirtute formatrice deferentur. Erat autem capitis fabrica ualde rudis adhuc ac informis, oculi uero conspiciores atque erui quasi magnitudine. Sequenti die ablato superiori partem obtusae putamine eiectisque duabus prioribus tunicis, tertia euidenter cernebatur uenulis referta, de hac locutum fuisse Philosophum arbitror, cum inquit: membrana etiam fibris distincta sanguineis atque haec meo iudicio secundina dici potest. Dein inter hanc et quartam membranam, quae foetum inuoluebat, humor erat aquosus, quem autumnus serosam albuminis partem esse, quae post natum foetum

tum superest, tanquam ad generationem inepta. Eam uero membranam innuere uidetur Aristoteles a meatibus illis uenarum ortum ducere, quatenus scilicet uibrarum a uenoso illo meatu ortarum in pallearum uel sanguineum colorem immutatur. Cernebatur deinde totus foetus moueri et oculi iam maiores erant, quam in praeterita die, at partes inferiores, thorax nempe, uenter et pedes erant ualde imperfectae nec discerni adhuc poterant et rostrum erat mucosum, ut recte dixerit Aristoteles: pars inferior corporis nullo membro a superiori distingui inter initia cernitur. Caput denique tota inferiori corporis parte maius erat. *Septima die* aperta quarta tunica foetum conspeximus paruum adhuc ac indistinctum cum oculis tamen magnis triplicique in illis humore, crystallino nempe uitreo et aqueo. Aperto capite iam cerebrum aperte cernebatur, minus uero reliquae partes. Vnde dicebat Philosophus. Paulo post (intelligit meo iudicio diem quintam usque ad nonam inclusive) et corpus iam pulli discernitur exiguum admodum primum et candidum, conspicuum capite et maxime oculis inflatis, quibus ita permanet diu, uti nos conspeximus et fero, inquit, decrescunt oculi et se ad ratam proportionem contrahunt, quod quidem uerissimum est, siquidem in quarta decima aut quinta decima die aliquantum residendi diminuti propter caloris digestionem. *Octaua* rursus *die* oculi maiores adhuc uidebantur, utpote ciceris fere magnitudine. Totum corpus tunc sese uelociter mouebat et iam crura et alae distincte cerni incipiebant. Rostrum tamen interim mucosum adhuc erat. Sed forte quispiam quaerat, cur prius superiores, quam inferiores partes in eiusmodi formatione adpareant? cui responsum uelim, uirtutem seu facultatem formatricem in superioribus magis, quam in inferioribus uigere, quod spirituales sint et per consequens plus caloris

obtineat. Caeterum isthaec omnia, quae hac die uidebam, *sequenti* manifestiora adparebant. *Decima die* non amplius caput toto corpore maius erat, magnum tamen, ut in infantibus etiam uidemus, magnitudinis autem causa est humidissima cerebri constitutio. Quod uero Aristoteles dicit, oculos fabis maiores esse, id profecto minime uerum est, si de uulgaribus nostris fabis locutus fuerit, cum alioqui erui uel ciceris alibi magnitudinem non excederent atque hinc etiam non absurde quispiam conligat, fabas antiquorum fuisse rotundas, quales araci sunt, quem ideo fabam ueterum quidam existimant. Neque etiam uerum est, quod tradit, tunc scilicet oculos pupillis adhuc carere. Etenim haec non tantum hac die adparebant, sed duabus etiam praecedentibus una cum omnibus partibus ac humoribus. Quod uero ait, detracta cute nihil solidi uideri, sed humorem tantum candidum, rigidum et refulgentem ad lucem nec quicquam aliud, id de crystallino humore mihi dixisse uidetur, qui tamen haud solus adparebat, sed uitreus quoque et albugineus, unde non parum hallucinatus uideri potest philosophus, uti etiam Albertus, qui eo tempore nil duri et glandulosi in iis reperiri existimat, cum crystallinus humor solidus sit ac quam maxime conspicuus. *Eadem item die* uidi omnia uiscera, nempe cor, iecur, pulmonem. Cor autem et iecur erant albicantis coloris et cordis motus non solum adparebat, antequam foetum aperirem, sed iam facto etiam thorace moueri uidebatur. Erat autem pullus inuolutus quartae illi membranae plurimis uenis refertae, ne in humore iaceret. Cernebam etiam uasa umbilicalia prope anum ad umbilicum deferri ibique inferi, ut cibum per illum petat foetus. Vidi denique, quod Aristoteles non aduertit, in dorso prope uropygium pennarum principia nigricantia menti humani cuti non absimilia, cui pili abradi sint. *Die subsequenti* haec omnia erant mani-

manifestiora et in superioris rostellae extremitate erat quid albidum, cartilagineum et subduriusculum, quod rursus die decima tertia magis erat conspicuum. Erat autem rotundum mihi grano haud absimile. Sagacissima rerum parens natura id ibi fabricasse uidetur, ut impediatur, ne rostello suo uel uenulas uel membranas uel alias quascunque tenerimas particulas pertundat. Aiunt mulierculae, pullos iam natos cibum capere non posse, nisi prius id auferatur. *Decima quarta* die pullos iam totus plumescebat. *Decima quinta* in digitis ungues albicantes adparebant. *Die uero decima sexta* ouum aperire placuit in opposita parte, ubi natiua tunica, sed unica tantummodo adparebat eaque alba. Alteram enim, quam in altera parte semper uideram, hic obseruare minime datum est. Itaque dubitabam, an ea tantum pro albuminis tutela nata sit, cum scilicet ouum non sit recens uel ad pulli defensionem in ouo incubato. Nam indies illa magis magisque decidere uidentur et foetum sequi, qui sui grauitate deorsum decidit. Aristoteles etiam unicam tantum esse eiusmodi tunicam his uerbis innuere uidetur: sunt, inquit, quandoque locata oua hoc ordine, prima postremaque ad testam oui membrana posita est, non testae ipsius natiua, sed altera illi subiecta, liquor in ea candidus est, quasi diceret, omnes partes in ouo locatae sunt hoc ordine, nempe prima postremaque ad testam oui membrana posita est. Intelligit meo iudicio per primam et postremam membranam eas membranas recens in incubato ouo genitas, eas uidelicet, quas aliquoties adpellauit tertiam secundinam et quartam, quam inuoluentem foetum dixi. Nam, cum dicit, testae natiuam non esse, ostendit, nec primam nec secundam esse, quae ab altera oui parte reperitur. Videtur igitur excludere hanc natiuam siue primam uel secundam et intelligere tertiam, quam secundinam saepe uocauit. Cum uero dicit, sed alte-

ra illi subiecta, intelligit eandem, secundinam nempe testae subiectam, quod uel ex hoc maxime liquet, quod candidum in ea liquorem inesse dicat. Is enim, ut supra ostendi, inter tertiam et quartam continetur. Hinc manifesto errore Suesanus conuincitur, qui ex Ephesio per primam interpretatur eam, quae testae adhaeret, per postremam uero, quae albumini. Quae omnia a nobis obseruata quotidie in sequentibus diebus se uidentiora utpote in perfectissimo pullo adparebant. *Die uero uigesima* pullus putamine a parente gallina ablato hora uigesima secunda sua sponte exiuit. Post exclusionem reperiri in putamine tunicas duas albas natiuas una cum duobus aliis in incubatu genitis, secundina nempe et, quae foetum ipsum inuoluerat, in qua excrementum adhuc inerat subalbidum. Euidenter adhuc adparebant in pullo tria illa *uasa umbilicalia*, duae scilicet arteriae et uena una et orificium umbilici ualde erat contractum. *Vena* uero iecori per alium ramum, qui recta ad illud tendebat, inseri uidebatur. Mirum autem erat, quod extra id nihil lutei adpareret, cum tamen in cauitate abdominis, ubi intestina sunt, prope anum pullus per umbilicum totum fere id absorbuerat, simul cum quinta tunica, quae id inuoluerat. Tanta autem ibi lutei inerat copia, ut uix duplo plus sit in ouo nondum incubato. Aristoteles etiam scripsit, decima ab ortu die, si aluus abscindatur, aliquid adhuc lutei in ea conspici. Sed consideratione in primis dignum est, quomodo eiusmodi membrana, quam una cum uitello a pullo absumi diximus, post eiiciatur. Videtur autem dicendum, quod per eandem uiam, umbilicum uidelicet, regredi debeat uel per anum, quod potius credo. Tunicae huic duo uasa implantantur, quorum unum arteriam esse et a corde proficisci, pulsus indicat, alterum uena est deferturque ad intestina, lutei uidelicet uehiculum, hepar erat coloris admodum lutei forte, quod ex luteo per uenas adtracto nutriatur. *Hactenus Aldro-*

drouandus. Auxit naturae dotes ingenium. Foeminas habebis, si luna plena nata eadem supposueris. Eo colore nascentur, quo tincta oua fuerint, pulcerrimi excludentur, si cum palumbi mare gallina creuerit et, ne de monstrosis laboremus, a

Ioanne Baptista Porta absque causa prouisum est. Solent in partu numeroso, quod conceptus cohaereant, saepe monstra nasci nec uel geminas uel quadrupedes pullos nulla sectis membranae uitellis uidisse rarum est.

ARTICVLVS II.

De Gallis Gallinaceis et Gallinis in specie.

PUNCTVM I.

De Gallinis Patauinis, Pumilione et Aliis Quibusdam Monstrosis.

Hactenus de gallis et gallinaceis, in specie occurrunt nobis gallinae, pumilio, Patauinae, gallinae Turcicae, Persicae, galli Scottici syluestres, paluitres, galli et gallinae Indicae, Guineenses, capi. Gallina PVMILIO seu nana, quam Aldrouandus describit, erat fere tota nigra. Maiores alarum pennae in extremitatibus candicabant. Maculis in collo mediam lunam aemulantibus ornabantur. *Oculos* macula sublutescentis coloris rotunda ambiebat. Caput erat cirratum. Palae et crista intensius rubebant. Ungues impense candicabant.


Ex PATAVINIS gallina tota ex nigro uirescebat. *Cristam* gerebat exiguam coloris uix rubri. *Pellicula*, quam prope aurium foramina obtinent, albebat. Mas quinque duntaxat coloribus ornabatur, nigro, albo, uiridi, rubeo et luteo. Corpore erat ater, caput cirratum, cirri radices erant albae, rostro et pedibus luteis. Vifa aliquando gallina tota candida, cristata, uifa et alia in lapideam substantiam inter parietes couersa, caudiculis suis absque pennis histricis instar horrida. Dantur et pedibus pennatis seu hirsutis, quarum descriptionem apud Aldrouandum uide. *Cristam* galus habebat duplicem non admodum magnam. Vifa aliquando et

*Aldr. l. x4.
Ornith.
p. 5.*

monstrosi. Tacebo gallinam, quae tres pedes, tertium prope anum enascentem habebat, pullum, qui totidem instructus, tertium, uelut ex uropygio enatum ostentabat. Nihil uel de eo dicam, cui pes e podice natus quinque digitis instructus uisebatur uel, cui seu quatuor priores imperfecti et pallidi, perfecti et lutei posteriores seu quinque erant uel de eo pullo, cui quatuor alae erant, non tantum contrarium alarum pennae situm, sed et ceruicis plumulas caput uersus cirri instar erectas Tagliaferus Medicus obseruauit in quodam. At, qui in aula Heruriae ducis uisebatur gallus, habebat caput et paleas ex plumis militum conos, quibus galeas exornant, aemulantibus duos in fronte pennarum calamos, uelut duo cornua surrectos, totidem ab utraque rostri prope nares parte, qui in extremitate plumas tenuissimas setarum instar edebant, unum in ceruice, qui a principio fere eiusmodi fetis ornabatur. Pennae, ueluti squamas toto corpore aemulabantur. Prope uropygium, qua cauda exit, tuberculum rotundum et subalbidum uisebatur. Cauda carnosissima, pilis nuda in extremitate floccum album habens propendebat Tibiae, uelut ocreis induebatur.

PVN-





Gallus Indicus.
Welscher han.



Gallus cornutus.



Gallus Patavinus.



Gallina Patavina.



Pumilio Kriechhuhn.



Gallina.
Herne.



Gallus. Han.



Gallus.



Gallus Turcicus.



Gallina Turcica.



Gallus Persicus.



Gallina Persica.



Gallus Indicus.



Gallina Indica.



Gallus Indicus mirabilis.



Gallina Guinea.



Gallina lanigera.



Gallus palustris murhan.



Capo.
Kappain.









Gallinae aquatica.



Fulica. Wasserhün.



Chloropus Gallinula.



Ispida.
Eijsvogel.



Gallina hypoleucos.



Erythropus.



Scolopax sine Gallinago.
Schneppf.



Gallinula terrestris.



Erythra.



Risticula sylvatica.
Walschneppf.

Scolopax seu Gallinago minor.
Harschneppf.



Gallina Ochra.



Gallina Serica.



Gallina Rhodopes.



Boeth.
descrip
Scotiae

P V N C T V M II.

De Gallinis Turcicis, Persicis, Gallo Scotico Syluestri
et Palustribus.

TURCICVS gallus, quem Aldrouandus describit, corpore erat candicante. Alis et aluo nigris. Cauda partim uiridi, partim nigra Tibiis et pedibus subcaeruleis. Toto corpore modo argenteis, modo aureis lineis variegato. Gallina tota erat alba maculis ubique nigris conspersa, pedibus subcaeruleis. Vifa et alia cum pedibus caeruleis ex albo et nigro maculata. Post carneam cristam aliam ex pennis albis alaudae instar habebat, ut in icone expressum est.

PERSICVS cristam, ueluti caudam obtinebat, pedes cinereos, ipse totus niger erat. Gallinae totae coloris ferruginei uisuntur.

Gallus SCOTICVS syluestris phasianae carne ac magnitudine est simillimus, sed nigra, rubentibus admodum palpebris. Mas collo, pectore, alis coxisque punctis rubicundis adpersus est, foeminam leu-

cophaeam maculae nigrae uariant, supercilia et barbulae in utroque sexu maculis nigris adsparguntur. Similis est huic ille, quem Turnerus morhenam uocat. Mas enim totus splendentis est nigredinis, eam caudae partem, quae podicem tegit quaeque alba est, si exceperis. Caput ruber, sed corneus cirrus tegit et circa genas duo, ueluti lobi rubri et carnei. Foemina tota maculis distincta est et a perdice, nisi maior esset et rufa, magis aegre dignoscitur. Degunt in desertis et erica confitis locis. Granis et summis ericae germinibus uescuntur.

Gallo PALVSTRI corpus est subrufum aut subflauum, punctis nigricantibus undique distinguitur. An idem sit cum illo, qui frumento abstinet et enascentibus minutisque cytisi foliis uescitur, ut Boethius prodidit, dubito.

P V N C T V M III.

De Gallinaceis et Gallinis Indicis.

Gallum INDICVM duplicem nobis Aldrouandus exhibet. *Primus* est auritus, tridactylos, nulli uolucrum generi pulcritudine inferior. *Rostrum* illi in superiore parte aduncum, totum rubrum. *Caput*, *pectus* et *uenter* integer colore roseo diluto, qui in pectore maculis subroseis dilutioribus exiguis, in uentre longe maioribus, quas alba linea transcurrit, insigniuntur. *Cristas* habebat duas, carneam unam, quae prope rostrum est, inter quam et rostrum superius macula oblonga caerulea est, alteram pennis luteis prope primam cristam paruis, mox maioribus, quae sursum primo adscendunt, mox descendunt deorsum, constantem. *Oculi* eundem fere, qui in homine est, prae se ferebant situm, oblongum scilicet, in cuius medio illi positi. *Aures* habebat erectas

afininis non abfimiles. *Alas* admodum diuersi coloris. *Caudam* duplicem. Priorem exiguam quinque pennis ruberrimis constantem. Aliam nouem longissimis diuersum colorem obtinentibus. De *collo* superiori et uropygio pennae caeruleae albis calamis ornatae dependent. *Alterum* simpliciter Indicum idem nominat. Coloris toto corpore erat aterrimi. *Rostro* superiore adunco, utroque caput uersus luteo, caetera atro. Vbi foramina narium aliis, ibi rotundum quid et luteum cerasi magnitudine conspiciebatur. *Cristae* loco cirros gerebat. *Cauda* et calcaribus carebat. *Tibiae* pedesque tabellis albicantibus praediti erant. *Gallinas INDICAS* tres idem exhibet. *Primam* colore corporis fusco. *Capite* cirrato, *rostro* in medio tuberoso, albicante, nigris maculis insignito.

Coxis ex ferrugineo lutescentibus. Cauda nulla. Vropygio fimiae instar nudo. *Alteram* corpore a rostro ad caudae extremitatem exiguo ad caeruleum uergente, rostro recuruo et rubicundo. Cauda longa, ut in pica extensa, candida et lineis nigris conspersa quaeque in

fronte tuberculum magnum figura ficus, coloris fere caerulei gerebat. *Tertiam* colore fusco in collo et alis ad cinereum uergente, rostro rubicundo, sed non adunco, tuberculum simile in fronte gerentem. *Nu- midica* dicebatur.

P V N C T V M IV.

De Gallinis Guineis.

Bellonius
l. 5. de
Asib. c. 9.

Gallinae Guineae a regione ita dictae perdices Terrae Nouae quoque dicuntur. Corpulentia uix nostrates gallinas superant iisdemque quoad mores et uocem fere similes sunt. Peculiare ipsis aceruum quendam pilorum supra caput obtinere, sed, qui in anteriori parte reflectuntur, a prima uertebra aut osse colli procedendo per posteriorem capitis partem. Gallum Mauritani-um ita Gesnerus ex Caio descripsit. Pulcerrima, inquit, auis est, magnitudine corporis figura, rostro et pede phasianio similis, uertice corneo in apicem corneum a posteriori parte praecipitem, in anteriori leniter accliuem eleuato armatus. Eum natura uidetur inferiori capitis parti tribus, ueluti laciniis se promittentibus committere atque deligare, inter oculum et aurem utrinque una omnibus eiusdem cum uertice coloris, ita ut insideat capiti eo modo, quo ducalis pileus duci Veneto, si, quod iam aduersum est, auersum fieret. Rugosus is est inferius per circuitum, qua se ad tollit in directum in summo collo ad occipitium, nascuntur erecti quidam atque nigri pili in contrarium uersi. *Oculi* toti nigri, aequae et in orbem palpebrae et cilia. Si maculam in summa et posteriori parte supercillii utriusque demas. Imum *caput* per longitudinem utrinque caro quaedam callosa colore sanguineo occupat, quae, ne propendeat, ueluti palea, ut replicaretur, natura uoluit et auerso ductu in duos processus acutos a capite liberos finiret. Ex hac carne adtollunt se utrinque carunculae, quibus nares in ambitu uestiuntur et caput in anteriori parte a cae-

tero rostro pallido separatur. Harum ad rostrum margines inferiores replicantur leuiter sub utraque nare. Quod inter uerticem et carnem est, a dextra et sinistra parte squamosa duplici incisura notatae, in posteriori nulla, sed laeues et, ueluti punctis quibusdam sui coloris resperae. Color illi in faucibus exquisite est purpureus, in caetero corpore per summa contuenti, qualis confurgit, si album et nigrum pollinem utcunque tenuiter tritum coloris fusco rarius adspargas nec tamen commiscens. Tali coloris maculae ouales aut rotundae per totum corpus inesse uisuntur, per summa maiores, per ima minores comprehensae interuallis linearum, ut adparet in plumarum compositione naturali, qua se mutuo intersecant, obliquo hinc inde ducto per summa tantum corporis, non item per ima. Id non ex toto corpore solum deprehendes, sed ex singulis auulsis pennis. Superiores enim obliquis lineis se interfecantibus aut, si mauis, orbiculis quibusdam ex albo et nigro, ut dixi, polline coniunctis, ut in fauis aut retibus maculas ouales aut rotundas in spatiis fuscis comprehendunt, inferiores non item. Vtraeque tamen simili lege positae sunt. Nam in aliis plumis ordine ita iunctae sunt, ut fere triangulos acutos faciant, in aliis, ut oualem figuram repraesentent etc. *Vox* illis diuisus sibilus non sonerior nec uoce coturnicis maior. Similem gallinis communibus scribit Bellonius. Foecundae sunt et in nutriendis pul- lis sedulae.

ARTI-

Arist.
A. 1. 5.
c. 50.
Varr.
R. R.
c. 2.
Plin.
N. 1.
c. 21.
Colun.
R. R.
cap. 2.

a. 7.
l. 3.
ruff.

k. 1.
part.
nimm.

ARTICVLVS. III.

De Capo.

Caporum tot sunt genera, quot gallorum et sola castratione ab his differunt. Capitis tamen iuba maior est, quam gallis, caudae pennae longiores sunt et calcaria in maiorem molem excrescunt. Vox etiam magis demissa et rauca. Scaliger unum insigni magnitudine perpetuum conuiuiam habuit, qui, cum ater fuisset totus, anno quarto euasit candidus, quanquam erant alii, quibus nulla pluma nigra fuerat. Duobus olim castrabantur modis, lumbis nempe adustis candente ferro aut calcaribus ad infima crura usque. Hodie uulnere tanto, quantum digito superius lumbos subsepto, ubi testes adhaerent, immittendo sufficit, inflicto testiculi per posteriora euelluntur. Mori interdum contingit, si erratum fuerit et gallum a castratione ita intumuisse Aldrouandus obseruauit, ut pellis digitis pulsata tympani bellici instar sonum ederet. Breui quidam pinguescere scribunt, si cereuisiam aquae loco adposueris.

Arist. H. A. l. 9. c. 50.
Varro de R. R. l. 1. c. 2.
Plin. H. N. l. 10. c. 21.
Columella R. R. l. 8. cap. 2.

Usus in cibo multus est. Optimum enim sunt nutrimentum et perfectum generant sanguinem, ut omnium auium laudes, quantum ad obsonia pertinent, una caro gallinacea, cuius patina stomachum iuuat, pectus lenit, uocem sonoram facit, corpus obefat, Platina comprehendat. Maxime circa sex, septem uel octo mensium aetatem probantur. In medicina ius caponum ad uirium restorationem commendatur. Quidam osla crurum medicamentis ad alba mulierum menstrua immiscunt. Alii fistulae indolenti pelliculam uentriculi interiori in sole torrefactam et in puluerem redactam inspergunt. Graeci aserunt, fabae femina caporum sanguine macerata ab aduersantibus herbis immunita fore et, si pridie, quam feruntur, aquae simplici infusa fuerint, citius nascituras, si nitrata difficillimam coctionem non habituras.

CAPVT III.

De Auibus, quae se puluerant simul et lauant.

ARTICVLVS I.

De Columbibus.

Aues, quas Latini columbas seu quod in culminibus uillarum degere soleant seu, quod bibentes rostrum aquae diutius immergant, ut Hermolao uidetur (κολυμβαν urinare est) seu, quod lumbos frequenter colant, ut Alberto M. placet, dicunt, Graecis περιεραϊ et περιεραϊ, πέλαιαι, aliquando τετραδωνες πελάγες, ευριποι apud Homerum, Hesygium, Phauorinum et alios dicuntur. Descriptionem non est, quod adponamus. Proprium omnibus utraque conuiuere palpebra. Aristoteles k pedibus et unguibus cuculum repraesentare dixit. Internas

Varro l. 3. de re rust.

kl. 2. de partib. A. nim c. 13.

si spectes partes, l ingluuiem par-
uam et fere rotundam ultra uentri-
culum, id est geminos sinus habent,
unum, in quo merguntur recentia,
ut guttur, alterum, in quem ex eo
dimittunt concoctione maturata.
Ventriculus ipsis m feruentior. Lien
tam exiguus, ut uisum fugiat. De-
felle inter eruditos non constat.
Sunt, qui habere negant, n Gale-
no ridiculi sunt, qui adfirmant seu
in uropygio uel dorso, quod ueri-
simile non est, seu non eo loco,
quo caetera animantia, sed et in-
ter eas alius uentri, alius intestino
iungitur. Cysti carere, dum ad-
firmant

Arist. H. A. l. 3. c. ult.
Arist. l. 3. de partib. c. 7.

n de atra bñe.

firmat Galenus, ne decipiatur, me-
tuo.

Locus.

Quantum ad locum, ubique fere
conspiciuntur. Ingens olim earum
in Asyria circa Afcalonem, quia
sacrae o et lege edi uetitae, in p
Cypro, Papho, Cythera, Sicilia,
Cnido, quia Veneri dicatae, copia.
Tanta apud Poenas et Illyrios, ut
incolas militari contra eas ordine
exire Textor q nescio, cuius fide,
prodiderit. Nil de portu et naua-
li Thisbaeorum, Insula Columba-
ria r Solini, quae in Tyrrheno mari
sita est, Lucais insulis, in quibus
columbis quandoque onerantur na-
ues, regno Pegu, Fesfa et aliis di-
cam, Amant uere propter inna-
tum pauorem eminentia loca, natu-
raliter tamen specus et latebras
quaerunt, quae de nidulatione in
arboribus s dicuntur, palumbis po-
tius competunt. Sexum difficul-
ter, nisi interiora scrutentur, discer-
nas. Vox tamen exigua foemellam,
grauior marem prodit.

Genera-
tio.

Coituri mutuo se exosculantur et
senior quidem primum congressum
ab osculo exorditur, sequentem sine
osculo celebrat, t at iunior, quo-
ties libet coire, osculatur, obserua-
tum tamen sine osculo marem u ad-
mitti, si foemellae ereptus post tri-
duum eidem restituatur. Si mares
desunt, ruunt in mutuos amplexus
foeminae, ita singulis diebus ad
octiduum et ultra hypenemium po-
nitur. Ouum quinto a coitu die
perficitur, per obliuionem factum,
quod t Plinius intra decem mature-
scere scripsit et foemina saepe ipsa,
qua peperit, postridie x aliquando
marem repetit, ut forte ad partum
alterius oui alacrior accedat. Ve-
xata uel sponte paulo morosior
ouum per tristitiam retinet. Bina
a fere z ponuntur, ita natura mode-
rante, ut aliis crebrior sit foetus,
h aliis numerosior. Sed et, quia uo-
lances, a consumitur uolatu materia
et in alas pennasque abit. Ex prio-
ri marem, foeminam ex posteriore
edi ueteribus b creditum, uisae ta-
men binas foeminas aliquando, bi-
nos aliquando mares uno exclusisse

partu. Bene autem Plinius crebrio-
rem iisdem foetum innuit et falso
dizovov adpellauit Varinus. Singulis
namque seu c tricenis seu quadra-
genis d diebus concipiunt, pariunt,
incubant et pullos enutriunt. Con-
tinuatur toto anno foecunditas, si
locum e apricum, unde Aegyptiae
f duodecies pariunt et cibum, quem
facile acquisitum eximio corporis
et uentriculi calore nullo negotio
conficiunt, (haec foecunditatis cau-
sa Aristoteli) habuerint, si horum
aliquid deest, a bruma g ad aequi-
noctium hybernum otiantur. Sic
duodecim ex eis, imo tredecim h
et quatuordecim haberi possunt pa-
ria. Aestate enim binis interdum
mensibus terna edunt, saepe inter
pullos ouua inueniuntur et alii pro-
uolant, alii erumpunt, hi rursus,
simul i ac creuerunt et robur ha-
bent, cum matribus pariunt et, quan-
quam k Aristoteles intra annum eos
coire, femestres incipere uenerem
agnoscere scribat. Plinio tamen
quinquemestres foetificare scriben-
ti Albertus et experientia subscri-
bunt. Non est ergo mirum, quod
M. Varronis temporibus quinque
millia columbarum quandoque in
uno peristerotrophio colebantur,
cum uel decem paria paucis annis
in talem numerum excrescere que-
ant. Incubatio maris et foeminae
l perficitur opera, haec noctu, ille
interdiu incubat, de tempore inter
scriptores non constat. Plinius ae-
state octauo decimo die excludere
putat, m uicesimo alias. Apud n
Aristotelem, quod ouum prius edi-
tum fuerit, intra uicesimum diem
et absoluitur et excutitur a pullo.
Pertundunt ouum pridie, quam ex-
cludatur pullus. Alberto denique
completur septem in utero diebus,
fouetur per quatuordecim, postea
fisso ouo pullus exit. Experientia
ab Aristotele militat, qui o etiam
caecos et imperfectos, quod, quia
pauciparae sunt, copiam alimenti
cum prole parere soleant, pari ad-
firmat. Possunt ab ortu p uersico-
lores haberi, si miscentibus iam o-
scula maritis,

stra-

que aquilam sublimipetam ab humi-
peta discernere norunt et, si hic
inuadit, in sublime i feruntur, si ille,
deorsum uersus ruunt. Nec tacen-
dum, recens natis pullis uel k ter-
ram falguginosam, quam in locis
lotio conspergi fuetis quaerunt uel
salis ipsius l grana seu, ut liuorem
abigant, m ne fascinantium noceant
imprecationes seu, ut ad recipiendos
cibos praeparentur seu, quod uerifi-
millimum, ut eis tam foecunditatem
quam cibi appetentiam ingerant,
inspuere corporis munditiei impen-
sius studentes nidos a fimo repur-
gare n helxine herba ad euacua-
tionem uti, laurinos ramulos ten-
ues primum pro amuleto conlige-
re, deinde ad pullorum custodiam
nidis imponere, colores suos ua-
rietatemque dispositam nosse, me-
moria, ideo temporis, quando foe-
minae in concubitu succedendum
est, nunquam mas obliuiscitur, pol-
lere, ita denique cicurari, ut et
litteras ferant et cibum ex auribus,
quibus praestigiis nebulo ille Sarace-
nius Muhamedes usus est, capiant.

Pugna. De pugna satis est dixisse, in ni-
dorum uicinia mares pro uxoribus,
has pro illis pugnare. Antequam
conuerint, mares adhuc caelibes
suas aliis subtrahere conantur. Vi-
dit et Auicenna duas pro foemina
pugnantes, haec uictori adhaesit,
quem pugna repetita deseruit ui-
ctum.

Amicitia. Amicitia eis intercedit cum ho-
mine. Adliciuntur in columbaria
et manent, si uel humano sanguine
cum pisces integris in uase figulino
circumactis p inlinantur et pisa de-
glutiant uel cranium hominis senis
in iis q suspendatur uel lorum, quo
homo r strangulatus est, depona-
tur uel lac mulieris puellam a bi-
matu lactantis occulterur. Cum
capite captae, quod excruciatum,
cum multo sale et cumino Roma-
no coctum ac ibidem depositum
eos retinet. Cum tinnunculo et
uespertilionibus, ut suis locis ex-
positum est, denique cum uite a-
gresti, peristerione, salua, carlina,
semine uiticis et aliis. Detinentur

uel peregrinas adducunt, si aliquid
horum uel in columbario sparseris
uel suspenderis in nido.

Inimicitias autem exercent cum Inimici-
circo, ad cuius uocem perhorre-
scunt, quod uociferans inuadat, s
miluo, t aquilis, marinis inprimis, bu-
bone, qui oua exsorbet, noctua,
coruino genere, uulpibus, catis,
mustellis, u helleboro albo et den-
tibus humanis, x quibus uirus quod-
dam inest, quod et foetus inplumes
necat, taceo de aliis.

Adfectus ipsorum sunt pulices et
pediculi, quibus nisi mudentur,
macilentae euadunt, uarioli circa
oculos, y qui mense Augusto in-
primis infestant et uitiligo ac lepra,
ob quam a Persis pulsas apud He-
rodotum z legimus.

De usu columbarum in medicina
multa prodita sunt. Ventriculo,
quia sunt feruentiore, lapillos com-
mesos conficiunt, margaritas eis
exhibitas poliri a Cardanus prodi-
dit. Pestiferis haud conrapi mor-
bis, qui carne asidue in cibo usi
fuere, ex Aegyptiorum accepimus
arcanis. Odor etiam syluestrium in
aerem resolutus ab epilepsia et pa-
ralysi, si Villanouano et Abenzoari
credimus, praeseruat. Cerebella
caecitatem inducendi proprietatem
habere, metuo, ne falso, dicuntur,
medicamentis uenerem promouen-
tibus recte praescribi certum. San-
guis b cruorem membranis cerebri
emanantem cohibet et oculis c sus-
fufis eximie prodest. Lusciosis bene
inlinitur. In masculis efficaciori
Hierocles eundem medicamento
ad stranguriam equi admiscet.
Adeps ad dysuriam commenda-
tur. Pennae primum enatae et cum
urtica uisae podagrae dolores le-
niunt, ut Marcellus auctor est. O-
uis recte condyloma fouetur, sed
desidere ante aeger in aqua debet,
in qua uerbena decocta est. Fimus
tanti est feruoris, ut ignem saepe
conciat et in ea d Myria, quae est
Asiae pars, domus hac ratione con-
flagrarit. Cum hordeacea farina
uel aceto mixtus strumas discutit,
arefactus et cum nasturtii semine
tritrus

i Aelian.
H. A. l. 3.
c. 45.
Arist. H.
A. l. 9. c. 36.
k Arist. H.
A. l. 9. c. 24.
Aelian. H.
A. l. 3. c. 45.
l Gomefius
l. 1. de
Sale.
m Athen.
Dipnos. l. 9.
n Aelian.
H. A. l. 1.
c. 35.

† Rhodig.
l. 20. c. 10.

Pugna.

Amicitia.

p Gesnerus
de colum-
bis.
q Alber-
tus de
Anib.
r Palla-
dinus l. 3.
c. 44.

Inimici-
tia.
s s Horat.
Epoed. ad
16.
t Aelian.
3. de An-
mal. c. 45.
u Serapion
l. 4. de
Medicis.
c. 114.
x Plin. H.
N. l. 11.
y Crescent.
l. 9. c. 90.
z Herodot.

Vju.

a de na-
rietate
Rev.

b Diosco-
rides.
c Galen. de
Simp. Me-
dic. c. 3.

d Galen. l.
9. de Tem-
pore.

Columba Indica rostro.



Columbus.




Columba Cypria



Columba sylvestri.



Turtur Indicus.



Turtur.

Alchata siue *Filacotona*.



Columba domest.



Columba
hirsutis pedibus
maior.

Columba Cypria.



Columba Livia.



Oncas Seu *Vnago*.



Turtur.



Columba domestica Varijs coloris.



Columba Cypria.



Amici.
Tom. I.
p. 104. ad.
delian.
al. c. 45.
Serap.
de
Cestoda.
114.
Plin. H.
l. 11.
17.
Terbi.
rescent.
c. 90.
Herodot.
is.
e. na.
ate
r.
Diosco.
es.
alen. da
sp. Me.
c. 73.
alen. l.
e. Tem.



e Geff
de Colo
bis.

p Lib
intern
adfe

Gener
bl. 3.
ruf. c

cl. 10
Comp
simpl.
dic am

tritius inueteratos coxendicis, ceruicis et lumborum dolores extirpat, ut scriptum Fernelius reliquit. Prodest e calculosis, si uel in aceto maceretur, illud propinetur colatum uel in eodem septem diebus infusus et aquae rosaceae instar destillatus exhibeatur. Excudit foetum, si cum castoreo, opoponace, myrrha uel felle uaccino suffitus excipiat. Emplastrum cum aceto forti recte super ani ficus posueris. Imbecillius tamen domesticarum sterces, ualidius earum, quae in montibus uagantur. De reliquis consule Aldrouandum.

Laudatus et in cibis columbarum usus. Commendantur in epatico morbo ab Hippocrate, in uirum post diurnum morbum imbecillitate a Rhase et Peguani ita iis delectantur, ut aduenis interdum uendere nolint. Syluestres, quas elixabis, domesticis, quae asfae, magis ualent. Pulli propter molliorem

succum ueteribus, uernales aestiuis et autumnalibus (uefcuntur tamen et hae melioribus granis) praeferruntur. Et uidebis ex iis, apud scriptores Messos, Crustas, Miranese Catalonicum ludebat, quod et Rui dicitur et alia cibarii genera. Pullos tamen caput et oculos laedere, lepram nimio usu gignere Simeon Sethi, cynanchen inducere Rhasis meminere, Quod uero Varronis tempore singulorum pul-
 q de Re Rustic. l.
 r de Re Rustic.
 s Plin. H. N. l. 10.
 potius et deliciis, quam usui adscribendum est.

ARTICVLVS. II.

De Columbibus Domesticis.

Genera. bl. 3. de re rust. c. 7.
 cl. 10. de Compos. simpl. Medicament.
 Genera columbarum tria Varro b posuit. Vnum agreste seu saxatile, quod in turribus et culminibus uillae habetur, quod falso Perottus πελαϊδες esse credidit, quidam male cum illo saxatili, quod in agro Bononiensi capitur, prorsus ferum, saxatilibus Varronis maius, coloris liuidi, rostro rubicundo conferunt quodque Galeno νουὰς et βορναὶς dicitur. Alterum clementius, quod cibo domestico contentum intra limina ianuae solet palci, κατοικίδιον seu domesticum Galeno. Tertium ex his stirpibus miscellum fructus causa. Aristoteli sex sunt species, nempe columba, oenas, Gazzae uinago, phabs, phasfa, peleias et turtur. Aldrouando uero ex magnitudinis ordine phasfa primum, phabs secundum, oenas tertium, columba quartum, liuia seu pelias sextum, turtur postremum locum occupat. Palumbum pyralidem, columbam et turturum nihil inter se similitudinis ha-

bete falso a Callimacho f dictum in frequentibus exponetur. In syluestres et domesticas commodissime distinguuntur. Et domesticae quidem, si differentias adendas, coloris, magnitudinis, partium et coitus ratione uariant. Fuere in insula Capitis Viridis et Madera syluestres adeo mites, ut domesticarum more se capi manibus paterentur. In Therapne maximas nasci ait Perottus, Spoleti perexiguas. Tantum duodecim passuum millia efficiunt discrimen. Habentur in Noruegia totae albae, quas et alibi uulgatissimas conspicias. In Graecia eo primum tempore uisae sunt, quo Persicus exercitus circa Athon montem interit. In Eryce h Siciliae ingens numerus unum rubrum tanquam ducentem sequitur. In Persia i denique columbi si qui sunt, oblongo et anserino illi sunt collo. Genera tam indigenarum quam exoticarum plurima apud nos sunt, quae an ueteribus cognita fuerint, iure dubitari potest,

f Aelia. l. 1. uaria. hist. c. 25.
 g Athen. Dipnos. l. 9. c. 16.
 h Aelian. l. 4. de Animal. c. 2. i Scaliger. exerc. 231 c. 7.

M

potest,

d Plin. l.
10. H. N.
6. 17.

potest, etiam si Romanos columbarum amore infansisse d Plinius prodiderit. Sunt *gutturiferae* uulgaribus domesticis duplo fere maiores, pedibus hirsutis, quae inter uolandum et, dum murmurant, fauces in ingentem tumorem inducunt, Plinii Campanas dixeris. Aliae Cypriae seu, ut Gesnerus nominat, rusticae, Anglicae, Monachicae seu Ferrariensis, ex quibus quaedam *cucullatae* cristam gerunt et pedes uel pennis ornatos uel nudos habent, quaedam crista carentes rostro sunt admodum exiguo et pedibus nudis. Aliae *Turcicae* et *Persicae* colore toto pullo seu Baetico praeter oculos, qui miniacei, pedes, qui pallide rubent et rostrum, quod lutescit. Aliae *Indicae* rostro anatis nihil praeter pedes et magnitudinem cum columbis commune gerentes, quarum illa, quam Aldrouandus Vienna acceperat, rostro albicabat, circa nares rubescebat, postremo serpentum instar subcaeruleis et nigris maculis, quae per totum ferme uerticem produceban-

tur, uariiegatum erat. Sub oculis macula longa alba totum caput tanquam torquis ambiebat. Aliae, quae, quod in honorem foemellae uel suae uel aliarum post longa murmura a terra sese eleuent et ultra illas uolando alas quatiant, Belgis *ouerslagers* dicuntur. Aliae *gyratrices*, quae, dum in orbem supra foemellas maxime obuolitant, tam fortiter alas quatiant, ut duorum asserum simul conlisorum sonitum superent. Vnde remiges earum pennae semper ferinae fractae conspiciuntur. Aliae *galeatae*, quarum caput, cauda, remiges semper alius coloris sunt, quam reliquum corpus. Taceo hic *monstrosas*, quarum una in Germania prope pagum Rikenhouen capta praeter quatuor pedes duplicem aluum habebat, altera duplici quoque aluo Bononiae nata est, tertia bicorpor quodammodo erat, ex uno nimirum corpore alterum par pedum remittens, cum reliqui duo alteri corpori perfecte inessent.

ARTICVLVS III.

De Columbibus Syluestribus.

PUNCTVM I

De Palumbis.

Syluestres columbae, quae sint, praeterito ex Aristotele articulo recensuimus. Primus ex illis *palumbus*, qui uel *maior* uel *minor*. Hic phabe Philosopho dictus a nemine haecenus descriptus est. An ille sit, qui in Marchia Anconitana palumbo uocatur, incertum.

Nomen. *Maiorem* Graeci *Φάσσα*, Attici *Φάσσα*, moderni *Φάσα*, Niphus torquatum, Seruius Titum uel Titium, sed per hos forte uultures intellexit Persius, ut Aldrouandus opinatur, Villanouanus Cadonem uocant. An *generis* diuersitatem admittat, nondum liquet. Hispani *a Mariyr.* a in quadam noui orbis insula grandiores nostris. Gustu et sapore meliores perdicibus, qui aromaticum spirabant odorem et, quarum dis-

secta ingluuiis floribus plena deprehensa inuenere.

Corporis crassitie ad gallinas propemodum adcedunt magnitudine haud multo minores. Color est cinereus, *caput* ex rubro et caeruleo mixtum, alae in lateribus maculis albis insigniuntur, torquis coloris est a capitis dorsique colore diuersi. Ingluuiem *b* uentriculo praepositam habent. Ideo bene Plinius: aues quaedam sinum unum habent, quomerguntur recentia, ut guttur alterum, in quem ex eo demittunt, coctione maturata, ut palumbes. *Testes*, cum uenerem exercent, insigni magnitudine augentur, hybernis mensibus ne ullos quidem habere arbitrantur nonnulli.

Locum si species, nullibi notum non sunt. Apud Delphinates et Vefates

d H. A.
1. c. 1.

e Plin.
N. l. 1.
c. 24.
f Plin.
A. l. 8.
c. 12.

Natur.
ment.
Scalig.
Arist.
Anima.
l. 5. c. 1.

Gener.
tio.
g. Arist.
A. l. 6.
h Opp.
de uen.

Man.
tuan.
de Ca.
Temp.
i Eidy.
k H.
10. c.
l H.
c. 4.
m. Plin.

a Arist.
A. l. 6.

o Arist.
4. de
ner. at
p Plin.
10. H.
c. 35.

fates Aquitanos magnus eorum pro-
uentus. Raro humi insidere uisae
arboribus uel editioribus locis de-
lectantur. *d* Aristoteles, dum campe-
stres uocat, per loca campestria
illa, quae arboribus confita sunt,
intelligere uidetur. Migrare pro-
didit Plinius *e* nec abnuat experien-
tia. Nec hybernare quidem apud
nos sese pati falso apud *f* Aristote-
lem dicitur. Nam, si tepidiora de-
fuerint loca, in angustiis montium
iugis sese recondunt. Ideo uerno
tempore deplumes conspiciuntur.
Phattas semper conspici, quod apud
Aristotelem extat, error est. De
phabis id intelligendum Athenaeus
innuit.

Gibus eis inprimis fabae. Vnde
fabarianum apud Ferrarienses no-
men, in Gallia glandibus saepius,
cum ilicis cocciferis tum suberis,
ilicium uiridum nec non fragorum
repletum inuentum in Gallia stoma-
chum Bellonius adfirmat. Hinc
glandiferarum adpellatio. Alica ue-
hementer saginantur.

Coeunt et foeticant *g* trimestres,
unde tanta ipsarum copia. In ue-
nerem adensaemutuo sese ante ini-
terem *b* exofculantur. Ante ueris
ingressum intenso adhuc frigore ni-
dificare et plumas sibi, ut pulli ca-
lidius recumbant, euellere ex inspe-
ctione, an auctoritate Alciat. pro-
didit. *Nido* locus arbores, iuniperi
inprimis, si *i* Theocrito credimus.
Bis quotannis parere ex Plinio *k* ha-
bemus, semel ex *l* Aristotele. Ter-
na plurimum pariant *m* oua. Sed,
quamuis tot peperint, nunquam
plus duobus educunt. Tertium,
quod irritum est, urinum uocatur.
Palumbes incubat foemina post me-
ridiana, in matutinum caetero mas-
culi.

Incubatus *n* citius, quam a colum-
bis perficitur. Decem et quatuor
diebus uterum ferunt. Totidem
iterum foetus, sed *o* caecus et im-
perfectus inuolucris euadit atque
perficitur. *Viueret* *p* palumbes ad
XXX. annum, aliquos ad XL. ha-
bemus auctores, uno tantum incom-
modo unguium eodem et argumen-
to, senectae, qui citra perniciem re-

ciduntur. *Marem* prius mori *q* cre-
dunt, cum in auibus caeteris foe-
minat prius abeant. Salacitas forte
in causa. Nam et in pasferum, qui
salacissimi, genere idem contingit.

Quantum ad uocem, gemere Phi-
lomela auctore, minurire Spartiano
dicitur. Cantus omnibus similis,
inquit *r* Plinius atque idem trino
conficitur uersu, praeterquam in
clausula gemitu. Hyeme mutis,
uere uocalibus. Audiunt tamen, si
ex asperrima hyeme placidum et fe-
renum tempus successerit, si aurito
testi Nipho credimus. Gemere or-
dinarie uere *s* incipiente et, nisi con-
fecto solstitio, incipiunt. Sic huius
tempus indubitatis notis signauit
natura. Et uox rusticis praesentis
ueris signum habetur.

De corporis adfectibus nil occur-
rit, unguium in senectute incremen-
tum, de quo supra, si exceperis.

Sed nec de ingenio et moribus
multum. *t* Amisso corporali confor-
tio solitariae incedunt nec carnalem
ultra copulam requirunt. Adulte-
rio corruptae *u* corruptorem, si as-
sequi possunt, interimunt. Inge-
ni sunt simplicis, ideo in eorum
nidis deponit oua cuculus et Plau-
tus hominem ignauum palumbem
uocat. Vulnere denique accepto
x organum imponunt et ad sanita-
tem redeunt.

Inuenere et in *cibus* et in *medicina*
usum. In Carani nuptiis adpositas
Athenaeus, *y* in Nasidieni conuiuio
sine clune ceu lautiores Horatii
meminit. Carnes in fluxu mensium
pituitoso Hippocrates, *z* in tym-
panite Trallianus, in elephantiasi
Aretaeus, in colico adfectu Aetius,
in pestilentia Alexander Benedictus,
in dysenteria et colica Plinius praes-
cribere. M. Cato Censorinus aegrotis
exhiberi uoluit. Paulus tertium
inter aues locum eidem assignauit.
Venerem propter glandium esum
extinguere creditum quibusdam.
Oculi, quia confossi renascuntur, ad
uulnera oculorum et cicatrices
commendantur. Iumentorum uer-
minatio finitur, *b* ter circumlato ue-
rendis palumbo, palumbus emisus

M 2 mori-

d H. A. l.
1. c. 1.

e Plin. H.
N. l. 10.
c. 24.
f Plin. H.
A. l. 8.
c. 12.

Nu-
mentum.
Scalig. in
Arist. de
Animalib.
l. 5. c. 12.

Genera-
tio.
g Arist. H.
A. l. 6. c. 4.
h Oppian.
de uenat.

Man-
tuan. l. 1.
de Cal.
Tempor.
i Etyll. c.
k H. N. l.
10. c. 58.
l H. A. l. 6.
c. 4.
m Plin. l. 6.

n Arist. H.
A. l. 6. c. 4.

o Arist. l.
4. de Ge-
nerat. c. 7.
p Plin. l.
10. H. N.
c. 35.

q Arist. H.
A. l. 9. c. 7.

r H. N. l.
10. c. 35.

s Plin. H.
N. l. 8. c.

t Morbi.

u Ingenium.
Isidor. in
Originib.

x Aelian.
H. A. l. 5.

y Dipn. l. 4.

z l. 2. de
morb. mu-
lier.

a Portat.
i. Phytog.

b Plinius
in H. N.

moritur iumentumque liberatur con-
festim. Sanguis uulnera purgat. Fi-
mus urinam prouocat et calculo in-

fabam sumtus resistit. Lapilli inuen-
triculis inuenti potioni contra
eosdem insperguntur.

P V N C T V M II.

De Oenade seu Vinagine, Alchata seu Filacotoa

Arabum et Columba Liuia.

Oenas Tzetzi οὐνὸν non tam ἀπὸ
τῶν ἰνίων a fibris carnis, quae
dura et, nisi tergus detraxeris, esui
inepta est, quam uel a colore uua-
rum nigrarum maturarum, quas
δινωπὸν Graeci uocant uel a uinde-
miae tempore, quo et conspicitur
et capitur, unde Lycophroni ἰνὸ-
τροπος φάσκει dicitur. Gaza uinagi-
nem, Iosephus Scaliger uinitorcu-
lum, alii uiniferam, Iulius Scaliger
rupicolam uocauit. Maior est co-
lumba. *Rostrum* habet, si oenas
est, quam Aldrouandus exhibet,
cinnabarinum, longum, in extre-
mo acutum. *Caput* totum, uen-
trem et alarum pennas cinerea. Re-
miges notabilis magnitudinis et ni-
gricantes. *Ceruicem* intercurrenti-
bus plumis nigris uiridem. *Cau-
dam* uersus uropygium cineream,
caetero nigram. *Pedes* rubros.

ALCHATAE, quam cum fi-
lacotoa eandem Aldrouandus fa-
cit, alae sunt oblongae, pennae et
plumae coloris coturnicum, cutis
extrema dura, in Syria pedes nigri
et breues. Ad eam proxime acce-
dit illa, quae nomine Angeli Mons-

pesfulanis uenit quamque perdicium
persimilem, rostro et pedibus ni-
gris, plumis ex fusco colore in ni-
grum uergentibus et lateis rufum
esse Rondelietius ad Gesnerum scri-
bit.

COLUMBALINIA Alber-
to cauernalis, Graecis πέλειας, ex
descriptione Gesneri est columba
domestica minor. *Rostrum* ipsi al-
bicat et circa nates parum purpurei
habet. *Collum* prouum ad latera
habet pro diuerso ad lucem posita
uarie splendens, in se partim subui-
ride, partim purpureum. *Sapinum*
ex cinereo tale. *Plumas* ubique
cinereas, alarum pennas quatuor
longiores cinereas, medias partim
cinereas, partim ad extrema nigri-
cantes, ultimas dorsum uersus sub-
rufas. *Pedes* rubros.

Vescitur glandibus et granis. *Ni-
dificat* in arborum cauis et templo-
rum muris. Migrat et in cibo pa-
lumbo tantum tenerior praefertur.
In India prodente Aeliano uirides
pennas habent, psittaco simillima,
cruribus et rostro Graecam re-
fert perdicem.

P V N C T V M III.

De Turture.

*Differen-
tiae.*

Turtur in columbaceo genere ul-
timo loco ponitur. Tria aut
quatuor earum in Hispaniola obser-
uata genera. *Visae* in locis frigidio-
ribus et niuosis candidae et in Aquitania
duas eiusmodi se uidisse testa-
tur a Scaliger. *Turcarum* uero im-
perator par rari et peculiaris gene-
ris Henrico Galliae regi transmi-
sit. Ex Alexandria diuersa nostra-
tibus adferuntur coloris. Obser-
uatum et nostro aeuo quoddam ge-

nus, cuius foemella candicat na-
turaliter, mas coloris est cinerei ad
subrufum uergentis habetque tor-
quem nigrum.

In *Descriptione* non est, quod *Deseri-
ptio.* immoremur. Falso Orus Apollo
foli inter omnes uolucres dentes et
mammas tribuit, falso b Ouidius
nigrum dixit. *Collum* torquis am-
bit longe a terris uiridibus ma-
culis conspersus, ante uix conspi-
cius. *Alae* sunt uerficolores. *Dorso*
et

a Scalig.
Exerc. 19.

Deseri-
ptio.
b Ouid. in
Epistola

Turtur



Fringilla



Chalabra




Montifringilla



Alauda non cristata




Ficedula



Ficedula Canabica





t. A.
A. I.

Loc

d. V.
Re
3. c.

N.
me
e. A.
f. C.
la.
g. S.
T.
f.

Ge



et pectori uicinae elegantissimo colore rufescunt, nigris, quarum extrema uiridia, intercurrentibus. Hinc uirides cum rufis marginibus sequuntur. Remiges sunt atrae, si albi aliquid occurrit, in extremitate illud est. Foemina c nisi interiorum aspectu difficulter cognoscitur.

Arist. H. A. l. 9. c. 7.

Ex *Indicis* foemina, pedibus exceptis, qui rubri et rostro, quod nigricans, tota est candida. Mari caput, collum, pectus, alae ad remiges, dorsum ad uropygium dilute rufescit nec ulla macula respergitur. Iris in oculis miniaceo colore resplendet. Torquis tenuis et nigra circum quoque collum ambit. Venter prope anum lutescit. Pedes rubei tabellis albicantibus ornantur.

Locus.

Nullibi fere non uisuntur, rarius alicubi uel frequentius. In Aethiopia tanto numero per aera uolare traduntur, ut nebulas effundant et solis radios impediunt. Apud Tartaros, quia in cibis prohibita, abundant. Sed et Peru numerose eas alit. Morantur fere semper uel in montium iugis uel ulmi aut aliarum arborum cacuminibus. Hyeme uellatent uel tepidiora loca petunt, unde trimestres, quod totidem mensibus nobiscum agant, Plinio. Cum ad Italianam d ueniunt, in Pontiis insulis prima uolatura requiescendi causa paucos dies morantur. Redeunt ad nos aduentantis ueris nuntiae, cum iam prolem fecerunt.

Varro de Re rust. l. 3. c. 5.

Nutritumens. Arist. H. A. l. 8. c. 3. Columel. l. de Re R. Scalig. in Theophr. l. 5. c. 20.

Vescuntur e frugibus, glandibus et oliuis. Milio uehementer delectantur. *f* Aestate sua sponte, dummodo sit facultas cibi, hyeme offa panis uino madefacta pinguescunt et, si nouella sunt aetate, in tantum, ut *g* pinguedine suffocati intereant tanquam nimio infartu elisis faucibus.

Generatio.

De *Generatione* eadem fere, quae in palumbis occurrunt. Bis anno pariunt et trimestres foetificant. Mas et foemina uicissim incubant. Nidus inter densos arborum ramos ex

duris et nodosis lignis construitur. Indicae, quotiescunque oua rumperentur, noua pariebant forte non facturae, si illa exclusissent. Proprium omnibus crepitus uentris et, cum uocem edunt, nouissima pars alui uehementer citatur.

Octonis annis uiuere reliquit Aristoteles, quindecim iisdem cubare Bartholomaeus Anglicus.

Gemere Latinis dicuntur, Graecis *τροχων*, quibusdam *εβεν*. Tum uolatu tum pedibus plurimum ualent.

Amicitiam colunt cum psittaco, i merula, pauonibus.

Inimicitiam k cum coruo et chlore exercent. Helleboro, quo columbae intereunt, propter peculiare temperamentum impune uescuntur, malo punico trito perimuntur.

Ad *ingenium* pertinet, quod si mori alterutrum contingat, l a fecundis nuptiis abstinere, soli uolare nec ramis frondentibus insidere nec limpida aqua bibere, nido suo contra lupi incursum m squillae folia, quae isti fugere consueuerunt, superiacere et gladiolum seu tanquam fascinationis amuletum comedere seu nido imponere, qua fide, non addo, prodatur.

Vsum quod spectat, Aegyptiis, quod accipitris sacri sibi alitis unguis aliquando euaderent, abstinabant. Martialis, n cuius aeou capita turturibus amputabantur, clunes laudat. Vulgus pinguiore commendat. In *medicina* idem, quod palumbes praestant. Fimus albugines extenuat. Facilitatur partus, si tribus iuniperi septem lauribaccis cum cinnamoni drachma et corticis casiae drachma una et semis farta asata et pinguedine gallinae ad ignem inuncta uesperibus in hebdomade sumatur. Non tangi ueneris, qui in corio lupi cor turturis delatum gustauit, falso a Mizaldo proditum est.

Aetas. h. l. 3. de propr. Animal. c. 34. Vox.

Amicitia. i Scalig. in Theophr. l. 3. c. 16. Inimicitia. k Melian. H. A. l. 6. c. 46.

Ingenium. l. Mantuan. l. 2. Part. Mar. m Ambr. 6. Hexam. 4.

Vsus. n Porphy. l. 4. de Abstinent. l. 7. Epigr.



ARTICVLVS IV.

De Paseribus in genere.

Nomen.

Pasferes Graecis *περδοί, δίγρηες, δηγρηες, δηρηγες*, Macedonibus *δρηες*, Eleis *α δεριταις*, aliis *ελλοπεδες* et *ελλοι*, ut apud Hesychium extat, dicuntur. Eidem *σμερδιμον* pasferculus est.

Differen-
tia.

Aristoteles uix alios praeter domesticos nouit, ideo omnia, quae de illis scripsit, hisce conueniunt. Athenaeo ex Alexandro Myndio alii sunt *syluestres*, quorum foeminae corpore sunt debiliores, rostri colore magis testaceo, facie, id est, anteriore parte, nec nigra nec ualde alba, Hollandorum forte lignipetae,

bl. 3. de A-
ment.

alii *domestici*, qui *περδοί πυργίται* b Galeno, *ασπεργίταις* modernis Graecis. Alberto sunt quidam in uertice rubei in cauis arboribus nidulantes.

c in secret.

Visuntur et albi et semper, si c PseudoAristoteli credimus, tempestatem nuntiant conspecti. Sunt in insula S. Thomae uirides, d canori. Meminit Auicenna e cuiusdam, qui

d Scalig.

Exercit.

236. h. 2.

e l. 8. de A-

nimul. c. 7.

quindecim diebus continuis in principio ueris suauissime cantillet, post colorem immutet, mutescat et sese abscondat. Est in India *passer nocturnus*, qui noctu uolat, interdiu quiescit. Hirundinibus est alis et uolatu similis, ex cinereo niger, nisi quod in mediis alis albam habeat fasciam. Noctuam odio ingente profequitur. Forte Aristotelis *scolaris*, quem ab ulula capi adfirmat

f H. A. l. 9.

c. 1.

uel Actuarii passer syluestris magnus in summis fruticum furculis desidens, colore et magnitudine alaadae, uoce garrula, hyeme latens quique a noctua capitur. Sunt ibidem et turdo minores, uelocissimi uolatu, qui aquas sequuntur. Sunt et alii, de quibus inferius dicitur.

Descri-
ptio.

Descriptionem non est, quod quis a nobis postulet. Pennae, quoties acriora urgent frigora, abeunt in albas. Non est ipsis gula nec ingluuius, sed uentriculus longior. g Adimum intestinum paucae appendices uisuntur. Fel aliis uentri, aliis intestinis iungitur. Nullibi non inueniuntur. In Media b tanta ali-

g Arist. H.

A. l. 2. c.

ult.

h Diodo-

rus. Sicul.

l. 4. c. 3.

l. 4. c. 3.

quando eorum copia, ut incolae, quia semina terris concedita absumebant, alio commigrare coacti fuerint. Delphis in Hollandia saepe una die in uno cereuisiariorum granario aliquot centuriae capiuntur. Migratorios esse uel sese occultare Hieronymus innuere uidetur. Athenaeus mares hyeme latere, foeminas permanere ex eo, quod color in ipsis mutetur conlegit. Aldrouandus inter migratorias uel latentes poni credit, quod mares uere, calore tam interno quam externo ad crescentem, quando iterum calor ad crescit, coniuges suas ad sobolis propagationem adhortari incipiant.

Vidit granis, iactis in terram feminibus, milio, muscis, formicis, gryllis, scarabeis, uestis, apibus delectatur et hordeo, cuius corticem celeriter a grano separant. Sed nec grana sambuci reiciunt. Et hyosciami semina absque ullo demerito seu propter uenarum exilitatem seu causam de coturnice reditam deuorant.

Generationem quod adinet, falsissimum esse comperiuntur. Vidit unum Scaliger in cauum quoddam plus decies ad foemellam, quam iniret, ex aduerso muro pusillis interpositis momentis aduolasse. Vidit k Aldrouandus alterum, qui longe minori, quam horae spatio uigesies foeminam iniuit, pluries initurus, nisi ista locum mutasset. *Nidulantur* uel sub tegulis tectorum uel in foraminibus parietum et, ut pulli mollius cubent, in foeno et plumis. Occupant et hirundinum aliquando nidos. Vnde apud Aegyptum ob limum, quem inuehit Nilus, cum hirundinibus artem parietum e luto construendorum inuenisse creduntur. Pariunt caecos et imperfectos l pullos, bis terue quatuor ad summum, quatuor ad minimum, ut plurimum septem.

Nutri-
mentum.Generati-
o. Exercit.
269.k Aldrou-
Orni. hol.
l. 1. c. 10.Arist. H.
de Generi-
c. 4.

Aetas



Passer.



Passer.



Passer montanus.



Passer stultus.



Passer
Canariinogel.

Canarius.

Passer domesticus.



Solitarius.

Passer Sylvestris.

ringelspatz.



Passer domesticus.
alius.

Passer falvus.



Passer

maculatus.



Passer montanus.
alius.



Passer albus.

P. Albicilla.




Passerculus

Brachijurus.



Passeris species.




etri-
mim.

neratiu.
exercit.
9.

Alaron,
nichol.
f. c. 10.

rist. 4.
Gener.



Acta

m Pl
N. L.
G. 38
nim
de pl

Ingen
o A
A. l.
19.

p Id
Var.
l. 13
q Ac
i. E
Ind.

Inim
tia,
r Be
Aug
c. 33
s del
l. G.

Aetas. *Aetas* passerum diuersimode definitur. Mares negantur anno diutius uiuere, argumento, quia nulla ueris initio adpareat nigrigudo in rostro, quae ab aestate incipit. Foeminis longiusculum spatium ait Plinius. *m Albertus* id a tempore coitus computat. Scaliger *n* nullum excedere bimatum uerisimile esse credit. Ex illis, inquit, parum captatur, minimum capitur, foecundissimi sunt frequentia non magna. Aldrouandus eam ad quadriennium extendit, quod columbae etiam salacissimae decimum sextum imo plures adtingant. Cognoscitur aetas ex rostro, cinereum hoc et circa fauces croceum iuuenibus, nigrum ac durum prouectis. *Vox* eorum apud Graecos est *επεθίλειν*, quod stridere uertitur. Apud Homerum *ταίλειν*, apud auctorem Philomelae pipere. Rhadius cantillare dixit. Cum gradiuntur, saliant.

Ingenium. *Ingenium* si adtendas, ita sunt timidi, *o* ut saepe a somno excitentur, ad domorum fastigia concurrunt, ut a suspectis casibus reddantur alieni, qui multis periculis probantur obnoxii. *Visus p*, qui ab accipitre impetus in Xenocratis sinum confugit. Taprobanenses *q* in alto mari emisos terram petitori sequuntur. Euadunt interdum ita domestici, ut ad puerorum manus uocati aduolent. Ad noctuam confugere, dum aucupis artes effugere conantur, quod Orus Apollo prodidit, falsum. Quid iis cum nocturnis auibis?

Gerunt et *inimicitias* cum uulture, *r* mustela et aliis. Calamodyles, qui ex passerum genere esse uidetur, folio *s* cedri perit. Pestem

a milio atque panico, sturnorum passerumue agmina scio abigi herba, cuius nomen est ignotum, in quatuor angulis segetis defossa, miram dictu, ut omnino nulla auis intret, inquit Plinius, eodem referente *u* multi ad remedia eiusdem segetis rubetam noctu aruo circumferri iubent, priusquam sarriatur defodique in medio inclusam uasē fictili, ita nec passerem nec uermem nocere, sed eruendam, priusquam metatur, alas amarum fieri.

Visus passerum in cibis rarus. Galenus tamen eos alibi cum columbis, perdicibus et phasianis inter cihos adtenuantes numerat. Alibi autumno maxime laudabilem carnem habere testatur et Suidas in deliciis habitas prodit. At Platina *x* ob nimiam caliditatem male alere, difficulter concoqui et libidinem excitare ponit. Inuenere et in *remediis* locum. Caro uenerem *z* excitat et rite epilepticis, tympaniticis, renum *a* calculo uel articularum uitio laborantibus praescribitur. Idem de cerebellis et ouis prodidere scriptores. Adeps Nicolai ad tophos emplastro inseritur. Fimus faciem purgat, quae facultas ex maribus agnoscitur, *b* quod guttatim albis et nigris punctulis distinguantur. Idem cum uino potus uirgam erigit. Cum sputo hominis inlitus uarices extirpat, cum adipe porcino inunctus alopeciam sanat. Stomachum exsolutum et nauseabundum *c* inspersus conrigit. Cum oleo calefacto proximae *d* auriculae infusus dolorem dentium pellit. Cinis denique pullorum utiliter ad eundem infricatur.

u Plin. H. N. l. 18. c. 17.

Visus.

x Platina l. 5.

z Plin. H. N. l. 30. c. 15.

a Galen. l. 6. de sanitate tuenda c. 2.

b Porta l. 5. Phytognom. c. 16.

c Arcchigen apud Galen. l. 8. sec. loca c. 4.

d Plin. H. N. l. 30. c. 3.

De Paseribus in specie.

PVNCTVM I.

De Pasfere Albo, Flauo, Maculato, Albicilla et Montano.

Pasfer *albus* totus est candidus, rostrum pedesque, quae partes flauae sunt, si excipias. Oculorum etiam nigram pupillam lutea iris ambit.

Flauus ad Aldrouandum delatus totus erat flauus praeter oculos, qui nigri. Supra per dorsum, caput, alas et caudam ad castrum

neum uergebat colorem. Quali etiam femora, tibiae et pedes tegebantur.

Maculatus qui dicitur, albo, nigro et subflauro constabat colore. Caput totum ac collum alba, intercurrentibus maculis subluteis. Rostrum erat flauescens in superiori parte, in inferiori omnino flauum. Alae tribus praedictis coloribus ornabantur. Oculorum iris candida. Cauda tota pene flaua erat.

Albicillae rostrum et cauda ex cinereo candicat. Caput et omnes inferiores partes ex albo lutescunt. Dorsum maculae coloris ferruginei amplae, lineolis admodum candidis, exiguis decoratae percurrunt. Pennae alarum castaneae sunt, cir-

cumcirca luteae, tibiae pedesque fuscae.

Montanus est omnium passerum nostratum pulcerrimus. Vertex capitis est coloris fere punicei uel potius castanei. Mentum, ut uulgaribus atrum, inter quod et uerticem color albus est, qui descendens totum uentrem occupat. Ad oculorum latera maculae sunt binnae, una altera maior, utraque nigra. Dorsum atque alae partim flauae, partim nigrae. Alae, qua uentrem contingunt, modo ferrugineae, modo atrae, modo albae. Cauda tota ex luteo fuscescit. In foemina sunt omnia pallidiora et mentum eam maculam non habet.

P V N C T V M II.

De Passere Syluestri, Torquato, Puffillo in iuglandibus Degente, Sulto Bononiensium et Illyrico.

*Aldro-
uand.
Ornithol.
l. 15. c. 16.
Idem lib.
c. 18.
Bellon. l. 7.
de Avibus.
s. 20.*

Passer *syluestris* uerticem capitis habet ferrugineum ad cinnabarinum uergentem. Oculorum ambitum album, iridem flauam. A mento ad podicem cinereus est, sed plumarum extremitates ad subrufum inclinant. Mentum et collum inferius lineae admodum continuae, transuersales nigriusculae percurrunt, cum alias in omnibus passeribus maribus totum atrum statuendum sit. Dorsum, cauda et pedes ex ferrugineo fuscescunt, nisi quod pennae in extremitatibus suis omnino sint luteae. Alae eundem colorem exhibent, sed pennae primae costas obtegentes in notabilem desinunt candorem.

Torquatum Bellonius ab albo torque oculos sub supercilio ambiente uocat. Macula ei lutea est. Dorsum et alae cinerea. Habitat in syluis, in cauis arborum nidulatur, uocem edit magnam et aliter se et pullos, quam is, qui in urbe degit, alit.

Passer in iuglandibus degens omnium est minimus. Rostrum admodum breui, nigro, crasso, pedi-

bus, cruribus, capite, alis passeri murali similis.

Passer stultus Bononiensium est auicula habitu passeribus similis, sed colore diuersissima. Totus namque flauescit, maculis ubique ferrugineis aut potius rufis, oblongis, sed per dorsum multo longioribus et crassioribus ubique deorsum descendentibus confusus. Rostrum ipsi est rufum, crassum, curtum. Oculi maiusculi, quorum pupillam lutea iris ambit. Cauda et alae ad nigrum uergunt, extremitates tamen pennarum inoriorum in alis candidae sunt, pedes toti ex luteo rufescunt.

Illyricus nostratibus maior est, colore fere similis. Pronus enim plane candicat. Supinus pallide rufescit, nullo intercurrente alio colore. Oculi et rostrum, quod candicat, pro corporis proportione sunt magni. Cauda bifurcata, pedes lutei lineis transuersalibus coloris pene carnei ornati.

His adde *passerculum brachyurum nostratem*, cui cauda admodum breuis. Totum corpus flauescit. Pectus

Udron.
vrsich. l.
5. c. 18.

Land
10. 1. 11
12. 1. 11
13. 1. 11
14. 1. 11

lem. c.

em. c.



Passeres Indici
Indianische Spornlinge



Eritra indica Indica

Passer Indico

*Passer Indico-
albus*


Embriza alba

Embriza pratensis femina

Embriza pratensis mas

*Embriza Embritis willing
Gorlgorst*

Emberiza pratensis.
Wisemnertz.



Prunella.



Linaria Rubra.



Stockhenfing. Linaria.

Fringilla. Finck.



Henfing
Flachfinck.

Fringilla montana.



Acantur quom
Gaza Spinum et li
gurinum. cab.
Zeisel.



Citrinella.
Citrinle.



Carduelis mas.



Chloris.

Grünfinck.



Serinus. Girliz.

Fedemlein.



Fringilla. alba.



Ligurinus alius



Carduelis cilijs albis.



Canaria.

Zucker Vogel. Canary Vogel



Fringilla
subluta.





Iden
17.

Ala
nith
c. 2

Id
23.

G
O



Pectus et uenter magis albicant, rostrum intensius luteum est.

Idem. c.
17. Sed et auicula *pasferibus congener* huc referatur, cui rostrum, ut in domesticis, candicat, totum corpus

maculis subrufis, oblongis deorsum descendentibus tingitur. Venter ac femora albescunt. Tibiae pedesque subflaui sunt.

PUNCTVM III.

De Pasferibus Indicis.

Aldr. Ornith. l. 15. c. 22.
Pasferes Indici sunt uarii, sed praecipua ipsorum genera sunt quatuor. *Vnus est macrourus et hic duplex. Alius rostro miniativo* magnitudine domesticis, caudam si excipias, par, rostro breui, crasso et praedicti coloris. Capite plano prope cervicem eleuato, intercurrente subuiridi ad caeruleum uergente colore, subnigrum. Guttore, collo inferiore, pectore et uentre candicantibus. Alis subuiridi ad caeruleum uergente, albo, nigro et lutescente colore tinctis. Cauda duplici minore nempe, alba, quae maioris fulcrum et maiore quatuor pennis longitudine dodrantale angustissimis constante aterrima. Tibiis et pedibus ex nigro et albo maculatis, unguibus nigris et acutissimo hamo armatis.

Idem. c.
21. *Alius rostro caeruleo*, cui caput, ut in illo, planum, sed in ceruice magis eleuatum totum nigrum. Oculi nigri, circulo albo circumdante et inde lutescente. Collum et pectus coloris coccinei, uenter et coxae candicant. Alae, tergus et caudae nigricant. Caudae longiores pennas, quae sunt binae longissimae, quinque nimirum palmorum et latisimae, tertia primum etiam lata, sed in exilia admodum filamenta desinens, minores aliae sustinent.

Alter est brachyurus superioribus

omnino dissimilis, minor nempe et praeter pedes et rostrum, quae carni coloris, totus niger. Cauda breuiore. Oculis nigris albo circulo cinctis.

Tertius est sine uropygio et hic uel erythromelanus, in quo totum corpus prone et supine, item alarum principia coccineo colore splendet. Reliquum alarum atrum est. Rostrum pro corporis proportionem exiguum et domesticorum rostro minus colore, qua capiti iungitur, albo, caetera nigro, acutum et exile. Uropygium nullum. Inde ex eius pennis *Idem. c.* 27. *opera plumaria conficiunt uel cianerii thromelanus* superiori longior, rubri, cyanei et nigri coloris quique habet caput, collum, pectus et inferiora omnia coloris rubri saturati, ad colli latera maculas binas, contiguas semilunares, magnas caeruleas, rostrum paruum, recuruum, nigrum, prope frontem album, alas admodum longas, nigras, ad latera caeruleas, pedes breues et nigros.

Quartus porphyromelanus, cui caput, dorsum, uropygium coloris sunt *Idem. c.* 28. purpurei saturati. Rostrum collurionis aemulum, superius nigrum, qua capiti adhaeret, album. Remiges alarum nigrae. Cauda quinque digitos longa, decem pennis nigerimis constans.

PUNCTVM IV.

De Embriza Alba et Pratensi.

Gesner. in Ornithol.
Hae passerini etiam generis esse uidentur. *Albam* ita Gesnerus describit: emberiza alba, quae mihi demonstrata est, media hyeme apud nos capta maior est flaua, rostrum breui, latiusculo, flauum nihil habet. *Colore* similis alaude, alioqui dissimilis, uentre albicante, a quo

etiam albam cognominauimus. In superiore rostri parte retro mucronem, tuberculum intus conspicitur. Digni fusci sunt, crura album et puniceum colorem prae se ferunt.

De pratensi sic idem: emberizam pratensem uoco, quam aucupes nostri *Wise Emberitz* a pratensibus in

N

qui-

quibus uerfari solet, adpellant. Haec, ut pictura indicat, colore est testaceo seu figlino, cruribus, pectore, uentre, alis et cauda media. Vtrinque enim in ea nigrae sunt pennae. *Dorsum* quoque nigricat et in alis superius maculae nigrae sunt subrotundae, inferius uero margines pen-

narum secundum longitudinem nigricant. *Rostrum* fuscum, *uertex* niger, infra quem utrinque macula albicans retrorsum tendit, tum rursus aliae duae nigrae et albicantes per interualla sequuntur. Hanc aem circa lacum Verbanum ceppa uocant.

TITVLVS II.

De Auibus Graniuoris.

CAPVT I.

De Carduele, Spino et Passere Canario.

Nomen.

CARDVELIS, carduelus et cardelus Gazae, Hermolao et Gesnero thraupis, Aldrouando ab aurea in alis uitta chrysomitres, auriuites, Kiranidi lena et auis Iouis, aliis corydalis, Graecis *κίρανθις*, *κίραγαλίως*, *τραγωδίως*, *πικιλίς*, *γαρδελίς* etiam dicitur.

Descriptio.
Schwenckfeld. in Auiar. Silensia.

Auis est parua, cui *dorsum* cinereum et fuscum. *Alae* croceo colore nigroque mixtim et alternatim uariatae albisque notatae maculis, *uertex* nigricans, *rostrum* acutum subrubens apice fusco. *Oculi* ambitus exterior niger, hunc miniatus, miniatum caesus circumdat. Nec tamen haec colorum pictura in omnibus adparet. *Foemina* alas habet cinereas, guttur album. *Visa* nondum adulta ubique unicolor ex cinereo ad rufum tendens. *Visae* et aliae, quarum quaedam in anteriori capitis parte et in mento aliquid rubri obtinent, dorso, pectore, uentre et reliquis capitis partibus albescunt, quaedam totae prorsus albae sunt, capitis partem rubram si demas et aliquot lutescentes in alis pennas.

Aldrou.
Ornith.
l. 18. c. 3.

Sexus.

Sexus facile cognoscitur, si coloris, ut supra adtigi, uocis et plumarum habeatur ratio. *Vox* foeminis exilior nec diurnus cantus. *Plumae* costas obuertientes cinereae aut fuscae, maribus aterrimae.

Nutritum.
Portal. l. 1.
de Villa.

Vidit at feminibus lapparum, papaueris, rutae, dipfaci. Cannabino adeo pinguescit, ut cantandi alacritatem amittat. Quaecunque

uero edit, rostro decorticat, ut pura medulla uescatur.

Nidum in truncis arborum et foliis constructis, ter in anno, *Maio* nempe Iunio et Augusto. Aliquando et in hypocaustis pullitiam educit. Septem saepe oua, octo interdum, quinque aliquando ponit. Praestant caeteris, qui mense Augusto excluduntur. In dumetis nascuntur, atriores sunt et prunis aut malis aurantiis potius, quam aliis arboribus insident.

Canunt omni tempore, sed maxime, cum alias e suo genere aduentare cognoscunt.

Volant gregatim et ad duo millia quandoque.

Aetatem ad XX. annos producant.

Visa Moguntiae uiginti tres egressa, cui singulis annis rostrum ac unguis praecidebantur, ut cibum potumque capere posset. Depositis geminis pen- nis canae, quo locabatur, uel prona uel supina iacebat. Plus uoce, quam patina hominem delectant. Haud mali tamen sunt alimenti, si pingues et non nidificant. Asfasiliacis et colicis prodesse Kiranides auctor est.

SPINVS seu ligurinus auicula est pectore luteo, rostro mediocri, tenui et acuto. Duas habet maculas nigras. Alteram in fronte, alteram sub mento. *Mari* capitis macula multo nigrior, idem toto corpore magis, quam foemina lutescit.

In frigidioribus regionibus uel nunquam uel raro adparet nec in Italia quotannis cernitur.

lis-